

CAMILLI PLAVTII

PAEZONIS IVRISCONSULTI
FONTANELLATENSIS


& in Ticinensi Academia Interpretis
ordinarij subtilissimi, in d.
Barbarius ff. De officio

ad finem Preto, præclara Reitter
commentaria.

Præstantissimo Viro D. Cassiano
de Puteo Vercellarum

Præsidij dignissimo
dedicata.

Emisit Iohannes Franciscus Faraudus Nicensis.



Patauij apud Gratiosum Perchacatum.

M. D. LIII.

416 082 394 800 16



INTEGERRIMO SPLENDIDISSI-

MOQVE VIRO D. D. CASSIANO.

de Puteo, vercellarum Praesidi

equissimo,

Ioannes Franciscus Faraudus

Nicensis P. O. F.



TSI multa sunt dignissime Praeses, quibus nobis patere potest maxima in rebus sustentandis naturæ industria, eorum tamen minimum nequaquam esse arbitror, quod cum aduertisset rationale animal cuncta discussurum, quæ illi facile accidere possent, timens ne tædio affeluum, fortasse in seipsum scuiret (quod plerique Philosophis accidisse legimus) uarias scientias in medium attulit, ut quod calamitates afferent, illud animi uirtute extirparetur. Sed cum immensa quædam ignorantia humanos appetitus possideat, eue

me, ut quamplurimi relicta ipsa uirtute
id sectentur, q. beluno in summi cōuenire
uidetur. Quo fit, ut hi soli mihi uideantur
egregia agere, qui præclaras animi dos-
tes amplectuntur, & illis non aliter con-
tra perturbationes utuntur, q. strenuus
miles clypeis & thoracibus ad repellendam
uim sibi ab hoste illatam. Sed inter
alias præclaras scientias, animis dotes,
semper mihi principatum obtinere uisa est
Iurisprudentia. Ipsa .n. mediante Cui-
tates, Provinciae, & deniq; omnis Poten-
tatus eo rectissime regitur, q. deciduntur
controversie, quibus adeo alligata est or-
minum malorū radix, ut unum sine altero
esse non possit. Docemur Deum colere,
Principibus parere, proximum beneficio
afficere, & (ut uno uerbo concludam)
ius suum unicuiq; tribuere. Mirandum.

Itaq; non est, si uideamus omnes qui diligunt
gentissime huic studio operam dederunt,
ab omnibus in summo haberi honore, cum
corū finis ad publicam tendat utilitatem,
neq; Principes (de prudentibus loquor)
aliter q. illis uideatur agant. Que omnia
ita in te cernuntur, ut omnes optima tua
fortuna ad ipsam Iurisprudentiam allicit:
que posteaquam aduerit te non doctissi-
mum tantum, sed & cœquissimum ab ipsa ue-
ra Philosophia redditum esse, in illud te
erexit dignitatis fastigium, quod non solū
non admittit maius, uerum nec æquale.
Quantum uero ad me attinet, sacratissi-
marum legum aggressus sum studium, non
quidem istis, aut maioribus dictu facilimis
impellentibus (prohibebat .n. immatura
ætas ea i inuolucro cogitationis uertere)
sed potius excellentissimi Caroli Ducis

nostri fœlicissimæ memorie impulsu, cuj
tantum beneficiorum nomine deuicius sum,
ut nihil supra. Omitto Deum optimum
maximum eundem mihi meisq; Principem
dedisse, qua ratione omnia post Deum de-
bentur. Sed dum per tempus aliquod illi
Iustissimus Emanuel Philibertus eiusdem
filius nunc autem Dux magnanimus me
Niceæ dilexisset, parenti tradidit excelsi-
lentissimo, qui me in Fladriam duxit, nonq;
deficiente praeceptore, quem eius clemen-
tia mihi præposuerat. Cum aut reuerst
essemus, me in pubertate constitutum te
suadente Bugellamisisti, ubi per quadrien-
nium operam humanioribus literis dedi,
quo tempore elapsi, cum Bugella Ver-
cellas essem profectus, me examinandum
curauit, ex quo illi notum esset, possem ne-
adbuc Iurisprudentiae elementa degustas-

⁴
re, necne, quare cognita (ut amor mibi
antea nouus, notissimus esset) literas Il-
lustrisimo & Excellentiss. Cosmo Flos-
rentiae Ducis dedit, ut mihi liceret in nume-
ro suorum collegiorum connumerari.
His omnibus peractis Unionem peti,
ubi audiui Aemylium Ferrettū, cui nec
Italæ, nec alij mundi parti parem in-
terpretet nostra dedit ætas. Et cuius
immatura mors tam apud me odiosa fuit,
ut non aliter estimarem dolorem quem su-
sciperam subleuari posse, nisi regione illa
relictâ, in qua publicè profitentem inter-
pretum Principem iam audieram. Itaq;
Italianam denuo peti Vercellas uersus,
& cum eiusdem Excellentiss. Ducis cle-
mentissimas deosculatus essem manus, ad
Pisanam academiam iterū accessi, in qua
non licuit tempus multum consumere, nam

imminebant bellorum angustiae, quas nō
illis in partibus regnare uideamus. Me
ergo Papiam contuli, ubi nonnullos audi
ui, & facundissimos quidem interpretes,
inter quos laude minime caret Camillus
Plautius presentis operis autor subtilis
simus, neq; huic rei mē tantummodo cer
tum reddidit uiva eius uox, sed et eiusdem
scripta, et præcipue quæ nuperim edidit
in l. Vnicam. C. de Sententijs, quæ pro
eo quod interest profer, quæ proculdu
bio ea laude sunt digna, quam nōceri ait
Marcus Mantua Bonaintius nō meus
præceptor. Quo fit, ut cum intellexisse
cundem autorem nō uulgaria quidem scri
psiſſe in l. Barbarius ff. De Officio
Prætoris, mecum uoluens hæc minoris
non esse ponderis q; alia inueniſſem, totis
curauitribus exemplum aliquod obtineat.

re, q; mibi non sine magno labore cōcessum
est. Opus etenim fuit ab illis optatum con
sequi; qui uix partem (ne dicam totum)
possidebant integrum. Et sic cum omnia
coadunasse, nihil tenere uidebar, quia nō
solum literas, ac dictiones, uerum in aliqui
bus locis, integras clausulas dēesse facile
aduertebam. Quā rationē sēpiſſime alto
quutus sum præceptorem, quærēns quida
nam dixisset in illis locis in quib; dubius
erat, qui ea respōdebat humilitate, qua
erga omnes uti solius est. Et sic factū
est, ut quæ scripturarum depravatione
apud mē dubia erant, continuis, doctisſto
mis q; responsionibus manifesta sint facta.
Toto ergo opere pfecto, nō aliter apud
me residebat, q; apud inuentorem theſau
rus. Postremo, cū decreuissim Patarium
accedere fama illius uniuersitatis impul

sus, factum est, ut quod carū mihi antea
erat, sit carissimum factum. Veruntamen
(quia non solum nobis: sed & alijs natu-
sumus) non potui diutius tanto opere so-
lus frui, immo aliquibus doctissimis commili-
tonibus illudmet cōmunicavi, qui dum cer-
tos aliquos reddidissent doctores euenit,
ut quod antea solus habebam, mihi soli de-
esse uideretur. Hinc or̄ta est carendi eo
non parua suspicio, timebam. n. ne alie-
quis furtim hoc opus in lucem suo emitte-
ret nomine, & sic autor debita fraudare
tur laude, & ego oleum et operam per-
didisse. V̄sum ergo tutius fuit, pruden-
tissimorum aliquorum virorū sententiam
sequi, qua erat ut ego (sub nomine tamen
autoris) id agerem quod timebam. In q̄
partem facilius eo declinai, q̄ cū animad-
ueritissim quamplurimas opiniones ab ipso

6

præceptore inuentas int̄ eodem volumine
cōtineri, de quib⁹ nō solum prior ætas nō
scripsit, uerū nec cogitauit, incivile duxi,
solus ea habere, qua cū laude inuentoris
omnibus prodeſſe poſſent. Huc accedunt
ad leges acutissimi intellectus, qui nec scri-
pti inueniuntur, nec ab aliquo (ſi eius au-
ditores excipiamus) auditi. Id quod inter-
pretis proprium puto eſſe munus, nihil. n.
facilius eſſe arbitror, quā multorum scri-
bentium in medium adducere opiniones, a
quibus nulla ratio euellere eos poſſit, cū
magis illi attendant quid alijs interpre-
tando placuerit, quam qualis ſit legū ſen-
sus. Et per contrarium nihil difficultius
(comitantibus tamen legibus & rationi-
bus) nouarū opinionum ſenuimq̄ inuen-
tione, qua leges quæ alijs inter ſe diſſenti-
re uidebantur, concordes reddantur, ſic.

namque sit, ut auditores subtiliores fiant,
nec tatum stetur comuni*n* opinioni, quae non
raror comuni*n* est error. Me uero terre
re non potuit imperitorum aliquorum petulanc
tia, quae in hoc solum exercetur, ut dicit ipst
mibil in lucem emittunt, satis se fecisse arbit
rantur, si maledicis aliorum scripta inse
quantur. Arbitror. non candidus lectorem
non aliter iudicium laturum, nisi toto opere
perlecto, et diligenter (ut eos oportet qui
iudicare uolunt) excusso. Quod si cum alijs
aequiparabitur, non dubito, quin ualde uer
niat commendandus autor, ut qui ea praest*er*
terit quod a nemine hac tenus praestita fuerit;
Ego non improber, qui in gratia studio
sorum ea comunicauerim, quae antea pro
pria erant. Quod cum decreuiss*em*, iterum
sub incudem reduxi, ut ultimam adipiscere
tur manum, qua mendis (si quae remanserent

7
rat) purgaretur. Quibus peractis, mult
superesse uidebatur, ut more omnium opus
hoc alicui grauissimo Viro dedicarem, cu
ius fama hoc ipso immortalis redderetur
et detractores tanto patrono electo im
probandam relinquenter consuetudinem.
Cumque aliquantulum cogitasse, neminem
inueni, quod Iurisprudentiae doctrina, aut re
rum experientia, uel qua alia uirtute tibi
par esset. Coegerunt ulterius innumer
a beneficia, quibus me tibi deditissimum esse iam
diu agnosco. Accipe igitur Praes*es* pru
dentiss. quae tibi dedicata sunt ab eo, cui ni
bil iocundius accidere posset, quod tibi in alio
quo rem gratiam facere. Quae si laudari
aut saltim non uituperari intellexero, Ego
tibi deditus erit quod haec inuenit, et ego pro
uehar ad propria fortasse non cotenenda.
Vale ergo Praes*es* grauissime, et eo me

Semper amore prosequare, quo in præsentiarum facis, ut certum me reddidere elegantissimæ tuæ tabellæ, superioribus diebus Papæ mihi reddite. Optada dent tibi Superi. Patavij kl. Septem. 1554.

NON paruis detinebar impedimentis Candide Lector, cum se se attulit studiosus Iuuenis Ioannes Franciscus Faraudus, cum aliquibus scriptis sui eximijs Praeceptoris Camilli Plauij. Quæ etiæ merea rentur in lucem prodire (ut ab alijs doctissimis uiris legentur) Attamen susceptis perficiendis, excudere minime posse (quamvis satisfacti) putabamus. Verum, cum ab eodem saepius affereretur, hoc opere emulso futurum esse, ut qui legibus sacratissimis incumbunt, maximas haberent gratias: mutauimus sententiā, cùm ipsius operis autore, de quo tanta predicauit qui præfens opus mihi ostendit, ut à quamplurimis iam optari uideretur, tum ob uerā doctrinam, legum acutam interpretationē, atq; facilitatē, quæ omnia in hoc uolumine esse me certū reddidit eruditissimorum hominū iudicū in hoc opere adhibitu. In bonam ergo partem accipe studiose lector, quæ Io. Fran. Faraudus tui causa in lucem emitit, proprias optandasq; epulas daturus, nisi alia eū remoretur sententia. Ex officina nostra kl. Septemb.

8
CAMILLI PLAVTII PÆZONIS
FONTANELLAENSIS
Iurisconsulti, & in Ticinensi
Gymnasio Inter-
pretis
ordinarij celeberimi,
IN L. BARBARIVS .FF.
De officio Præt. singularia
commentaria.

VERBA LEGIS HÆC SVNT.

Vlpianus libro 28. Ad Sabinum.

A R B A R I V S
Philippus, cùm seruus fugitiuus esset, Romæ prætorum petijt, & Prætor designatus est: sed nihil ei seruitutem obstat, tifesse ait Pomp. quasi Prætor non fuerit: At qui uera etiam prætura eum funclum. Et tamen uideamus si seruus qd; diu latuit, dignitate præatoria funclus sit.

Quid dicemus? an quæ dixit, quæ decrevit nullus fore momenti, an fore, propter utilitatem eorum, qui apud illum erunt, uel lege, uel quo alio iure? Et puto nibil eorum reprobari, hoc enim humanus est; cum Populus Romanus, etiam seruo potuerit decernere bane potestatem, sed et si sciisset sexuum esse, liberum est fecisset.
 Quod ius in Imperatore multo magis obseruandum est.

Confutatio



O N S V E T V D O⁹ est optima apud scribentes inuenientia humanae cuditores, ut antequam materiam aliquam enucleandam offenserint, de eius (si que sit) admonent difficultates, sic namque sit, ut auditores atentiores redantur, et ad euoluendos interpres proprios. 1. Bartitaq; hoc in loco in prima lectu. hanc legem subtilem esse attestatur, et solemnè hoc est famosam, idem etiam in petit Iason. Et certe negari non potest quin sit difficultas ualde in tex. contra morem Vlpiani, qui facilis et elegans admodum esse solet in suis concordariis, negari etiam non potest, quin contineat elegantem, ac quoq; illan, et frequentem materiam, ideo diligenter insister oportet, ac plenius attingere iuxta tex. in l. legati. ff. de liber. legat.
 2. In primis scire oportet, q; ad perfectionem cuiuslibet negotij seu actus, duo requiruntur, secundum Boet. s. consensus et potestas facientis, hoc sentit, tex. in cap. super abbatis in uerb. posset et uellet de effi. de leg. et tex. in cap. super inordinata in uerb. possunt et uolunt de præbend not glo. in l. si filia in uerb. donavit. C. de donat. ante nupt. tradit Bald. in l. omne uerbi col. ij. in uerbi. Not. tex. nu. viij. C. communia de legat. ubi ait. q; potestas et uoluntas canonizant omnem actum, idem ibi probat And. sic. in addit. ex auctoritate Boetij, id est Bald. in l. multum col. ij. circa fin. num. 4. C. si quis alt. uel sibi, idem tradit Abb. in d. c. cum super col. a nu. vij. in quarto

C O M M E N T A R I A

not. de offi. deleg. ubi ait, q. ad uiliditatem actus concurrere debent uoluntas & potestas, ubi autem simul aduersantur, nihil potest explicari, quod uiribus subsistat, subiiciens illum text. quicquid ad hoc allegari: idem tradit Abb. in cap. Si sacerdos circa fi. nu. 14. de off. ord.

3 Seire etiam oportet, potest a' ē populi liberi seu Principis esse maximā, omnia n. potest, quæ sibi placet; & quicquid cōstituit, ratum habetur. l. i. in uerb. placuit ff. de const. Princip. l. ij. §. no uis sine, ibi quod constitutis sit ratum esset ff. de orig. iur. & in. §. sed ex quod Principi inst. de iur. nat. gent. & ciuil. ex ego dixi superioribus diebus in. l. omnes populi. ff. de iust. ex iur. quæ licet loquantur de potestate Principis, tamen idem dicendum est de potestate pop. liberi, cum nō altam habeat potestatem Princeps q. eam, quam sibi dedit pop. & quæ ante a populo compete. l. ij. §. cum. n. C. de uct. iure encl. Et tanta est potestas populi, seu Principis, ut in star sacrilegij estimetur, si quis dubitet an ualeant negotia ab eo. l. ij. C. de crimi. sacril. l. sacrilegij. C. de diuers. rescriptis. qui tex. loquitur de his qui adepti sunt magistratum uel dignitatem à Principe, nam illis (qualescumq. sint) parentū est, nec debemus querere an sint digni uel indigni. l. i. C. de domest. et protect. lib. xij. facit tex. in. l. quidem consubstantebant. s. de re iudic. Nec causa ab eo querenda est, sed præsumitur, adeo ut nec possit probari contrarium, ut late Fel. in cap. quæ in ecclesiasticis col. xix. nu. 60. uer. sic. Quinta cōclusio de constitutione. Et potest etiam seruo alieno dare libertatem ex causa, ut est exemplum in l. si quis in gravi. §. utrum. ff. ad Sena. consult. Syllan. et in. l. penul. ex fin. C. qui mili. poss. uel non lib. xij. Faciunt

I N . L . B A R B . 10

ea quæ late tradit Fel. in d. c. quæ in ecclesiasticis col. viii. nu. 26. uer. sic. Tertia concludit cōstit. ex expresso probat tex. nostri in uer. sed & si sciuisse.

4 Item scire oportet, q. licet soleat dici, q. error tollit consensum, & q. errans non consentit. l. Si per errorem ex ibi not. Bart. Alex. ex alij. ff. de iur. om. iud. ad idem est tex. in. l. ij. in princ. ff. de iudic. l. nihil. §. non pidentur, ex ibi Docto. ff. de reg. iur.

Tamen error non uitiat quando uersatur in causa, seu ratione, ita tradit Bald. in. l. ij. col. iiij. nu. 7. circa fi. C. quæ sit longa consuetud. ex scribit Bal. in. l. cum testamentum col. i. uers. glo. opp. C. de iur. ex fact. igno. Item error non uitiat nec impedit consensum, quando uersatur in qualitate, seu in conditione hominis, si non erratur in corpore. l. demonstratio falsa. ff. de cond. ex demonst. ubi si quis legauerit Stichum futorem, qui re uera nō erat futor (dummodo constet de quo Sticho senserit) ualebit legatum, perinde ac si nullus error interuenisset, ita procedit tex. in. d. l. si per errorem, ubi ait gl. q. aditus fuit Urbanus Praetor pro pelegrino, ex sic erratum fuit in corpore, ad idem facit tex. in. l. cū. quæ. §. si iniuria. ff. de iniur. ubi si quis facit iniuriam Titio, putans illum esse Seum, tamen iniuriarū actio Titio datur, nec nocti error, quia certus erat ille Titius, ex certum corpus cui facta est iniuria, licet fuerit erratum in nomine, ex sufficit, q. non erretur in eo, in quo principiter fit, ex propterea ex hoc infero, q. licet populus errauerit in cōditione Barbarij, ex sic in qualitate hominis, tamen non errauit in corpore, intendebat. n. populus dare magistratum illi certo homini, & illi corpori

C O M M E N T A R I A

certo, et illi Barbario qui candidatus in conspectu populi, et ante eorum oculos uersabatur, et præturam petebat, circumeundo, et singulii quenq; orando et obsecrando, pro ut candidatos, et magistratum petitores facere confucuisse, scribit Bud. in anot. post. in Pan dect. in l. si quis ob honorem. ff. de pollicitat. fo. 52.

3. Itē scire oportet, errorē in Legislatore (quādō conflit in causa) nunquam cōsiderari, maxime in his que sunt iuris positivi, in quibus Legislator habet libe rum arbitrium ex mero placito dependēs d.l.i.in uerb. placuit. ff. de const. principi. iuncta. l. quia poterat. ff. ad trebellia. tradunt Fel. et Dec. in c. si quando de rescr. et ideo solemus dicere, q; error Principis facit ius, sufficit. n. q; sic cōsituat Princeps, licet ex falsa causa mouatur, de hoc est text. expressus in. l. iij. in fin. ff. de suppel. legat. Ideo ualeat consuetudo inducta per errorem sufficit. n. consentire populum seu Legislatorem in constituendo, licet erret in causa uel qualitate, ut est tex. in l. quod nō ratione et ibi hoc not. glo. ff. de legib. et consuetud. Ideo dixit Bal. in l. ij. col. 3. num. 8. uers. ex hoc not. q; quando populus ignorans litigat coram Indice incompetēti, inducitur prorogatio iurisdicti. quia per homī actus secundū eum inducitur cōsuetudo, que pōt dare nouā iurisdictionē qd̄ reputat singulare Ale. in d. l. si per errorem nu. ij. et expresse probat in. c. fi. col. xi. nu. 12. flers. Tertio requiritur de consuetud. quod ualeat consuetudo inducta per errorem, licet sit restrin genda ad illum casum. tantum, in quo inducta est, dummodo non sit tantus error, qui tollat consensum, licet ergo erraret populus in conditione personæ, tamen er-

I N F . L . B A R B .

ror ille in Legislatore non impedit consensum constitūendi, et trāferendi prætyram in Barbarium, et hēc nota, quia Barbarium uerum fuisse Praetorem teneba.

6. Scire etiam oportet, quod error potest nō esse in uno, süberit tamen consensus in alio, et eo casu ualebit id in quo subest cōsensus, id autem in quo subest error, uiribus non subsistet, hoc probat egregie glo. not. quam ibi menti tenendam mandat Bart. in l. i. S. si legatarius ff. ad l. falcid. ubi est exemplum de eo hērede qui soluerat legatario per errorem plusq; per legem falcidiām liceret, qd̄ lex, quod non reuocabitur res tota, sed id qd̄ ultra dodrantē datū est repetetur, subiicit gl. in uerb. errantis, quod hēres ille consensit in solvendo legatum, sed errauit in quantitate, et in eo quod superfluit non consensit, et sic inquit glo. nihil prohibet quin in uno errans, in alio consentiat, idem probat Bart. in d.l. si quis per errorem in secunda oppo. ff. de iur. om. iud. et hoc probat tex. in d. l. eum qui. S. si iniuria. ff. de iniur. ex cōtiā probat tex. in l. sed si hac. S. patronum. ff. de in ius uocan. ubi libertus cōlans conditionem suam ex rescrispto Principis arrogādum se præbuit, ualeat quidem eo casu. arrogatio, et redigitur in alienam potestatem, sed non efficitur ingenuus, rationem subdit text. quia hoc actum non fuit, ex quo celauit conditionē suam, uult dīcere, quod ex quo Princeps ignorabat eius cōditionem, et hoc celabat ipse libertus, nec petebat se in gehuum fieri, non fuit factus ingenuus, et sic errans Princeps in conditione personæ, non mutauit quidem conditionem, (quia hoc nō agebat), tamen arrogationi uires dedit, qd̄ hoc agebat, et hēc quoque sunt notanda, quia ego tene-

C O M M E N T A R I A

bo, q. Barbarius adeptus fuit prætura ueram, quia hoc agebat populus, decreuit. n. & potuit decernere, ergo translata est, quia in hoc concurrunt uoluntas, & potestas, que sufficient ut dixi.

Tenebo tamen, quod libertatem non fuerit affecutus; quia ex quo populus ignorabat eius conditionem, nec hoc agebat, ut ei daret libertatem, & ideo eam dedisse non intelligitur, per supradicta, quæ tamen latius infra explicabuntur.

7 Scire etiam oportet, quod seruus (licet ad magistratus, & ad dignitates aspirare non posset, ut l. cum Prætor. S. pen. ff. de iudic. l. ij. C. si seruus uel libert. ad decur. aspira. lib. x. l. seruus. C. de iudic. c. sciscitatus de rescript. & ibi omnes Do.) tam hæc inhabilitas est iuri ciuili, non autem iuris gentium, aut naturalis, ita loquitur tex. in. d. l. cū Prætor. ff. de iud. & ibi gl. in uerbi receptum, quæ ait, quod hoc ex consuetudine introductum est, & probant omnes Doct. in. d. c. sciscitatus, & sic contraria iure ciuili facile tolli potest. sed naturalia inst. de iur. nat. gent. & ciuil.

8 Item licet receptum sit, quod non fungantur ciuilibus officijs, tamen non est constitutum, quod si fecisset factum fuerit, non ualeat traditio facta à Legislatore, sequeatur ergo quod ualebit, prout etiam ualeat lex facta contra formam, de qua in. l. humanum. C. de legib: pro ut ibi not. Bar. Idem de statuto tradit Bar. in. l. omnes populi in. q. quæst. tertie princi. quæs. col. x. iuersi non obstat. ff. de iust. & iur.

Prohibitio. n. illa facta est in præiudicium serui, ut sit indignus, & etiam ne ab inferiore id assequi posset;

I N . L . B A R B .

12

sed nō tollit potestatem Principis, seu populi liberi q. a. hanc prohibitionem sibi non fecit Princeps, nec populus, cum sit solitus legibus. l. Princeps. ff. de legib. nec sibi imperari posse. l. pen. ff. de arbit. facit tex. in. l. diuus S. licet. ff. de iur. codicil. seruus, ergo non est incapax respectu Principis, sed indignus, & sic potest capere à Princepe, & a populo libero, nec refert utrum sciat, uel ignoret populus cōditionem serui, quia etiam seruus potest dari magistratus à populo, absque eo, quod in liberatem producanur, ut hoc in loco sentit manifeste text. noster in uerb. potuerit, ubi loquitur de populo ignorante, & ego infra latius explicabo, quid. n. si populus tollat tantum illam consuetudinem, quæ arcet seruos à magistratis gerendis procul dubio nemo negabit, qn futurum sit, quod serui poterunt gerere magistratus, et gerendo remanebunt serui, & quod seruus magistratum gerens, non semper si liber probat tex. in. l. ij. pen. & fi. C. qui milit. possunt lib. xij. & in. l. ij. C. de sent. et tex. in. l. ij. C. si seruus aut libert. ad decur. aspira. lib. x. et text. noster in uerb. latuit. State tamen consuetudine prohibitoria (de qua supra traditum est) refert utrum populus sciat Barbarium esse seruum ab initio, quædo illi præturan dicernit, an uero ignoret, nā si ignorans præturan tatum decernet, et transferet iurisdictionē, et magistratum, si uero certior sit factus, cum intelligitur tacete liberum efficere, ut hic ait tex. in uers. sed & si sciuit, facit tex. in. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. & ibi late Alexan. col. ij. de qua re infra latius tractabitur, & hæc notate, quia ego tenebo, q. licet Barbarius fuit uerus Prætor, tamen erat indignus, ac priuādus &

C O M M E N T A R Y A

poena dignus propter obreptionem. l.ij. C. si seruus uel libert. ad de: urio. aspi. lib. x. l pen. et fin. C. qui milit. poss. uel non lib. 12. & tenebo etiam quod necessaria sit sententia priuatoria, nec sufficiat declaratoria, quia uer. fuit Prætor, & ueram gesit præturam, & ueram habuit iurisdictionē, & uerum imperium, ideo mero iure ualuerunt gesta a Barbaro, de quibus infra latius tractabitur.

9. Item scire oportet decisionem legis nostre non esse fundata in cōmuni errore, immo cōis error attulit causam dubitandi, & dubitauit iurisconsultus utrū uerint pesta Barbarijs, quia populus ignorabat Barbarium esse seruum, que ignorantia, & qui error, uideatur tollere cōsensum populi in tribuendo iurisdictionē, adeo quod si cessasset hæc ignorantia, casus fuisset indubitabilis, ut sentit text. in uers. sed & si sciuisset, & sic non potest colligi ex isto textu, quod communis error faciat ius, decisio autem fundata est in potestate populi, quia populus potuit dare præturam seruo, & dedit, ergo ualuerunt eius gesta, de qua re infra latius tractabitur.

10. Ite scire oportet, quod error et ignorantia sive sit particularis, sive sit uniuersalis omnium aut plurimorum, nihil omnino uniuersum tribuit, nec ius facit, si ueratur in his que omnino tollunt consensum, sed error parit dissensum errantium, nec ulla mihi uidetur esse differētia inter errorem particularem et uniuersalem, nisi quod in errore particulari unus tantum dissentit, in uniuersali omnes dissentunt, de particulari supra uisum est, de uniuersali tradit Abb. in. d.c.fin.nu. 12. col.xi. uers.

I N . L . B A R . B .

13

Tertio requiritur de consuetudine si uero non tollit consensus, tunc si populus non posset facere ius per expressum consensum & scienter, ridiculum est dicere quod constitutum ius ex tacito consensu & per ignorantiam si uero sit populus liber, uel Princeps qui potest ius constitutum. dico quod non debetis almittere quod error ipse et ignorantia ipsa ius constitutum, quia ius nunquam constitui potest sine cōsenso uel expresso uel tacito. l de quibus ff. de legi. error autem (licet interdum non tollat seu non impedit consensum) tamen nunquam parit consensum ariquem, quia errantis nulla est uoluntas. l. cum testamentum. C. de iur. & fact. ign. & ibi glo. & Bal. not. & idem Bal. in. l. ij. col. pen. nu. 7. circa fin. uers. Ad id quod. C. que sit long. consuetud. & hoc est indubitate simum ex si quando deprehendatur quod errans consentre uideatur, intrepide dicatis, quod consensus ille non nascitur ex ipso errore, sed error illo in casu non impedit consensum aliunde prouenientem, & ita declarantur omnia iuria, que uidentur sentire quod erras obligetur uel contrahat uel constitutum.

11. Ideo dico quod error populi liberi, seu Principis, non parit consensum aliquem tacitum nec expressum, & per consequens ius non constituit, sed factum Principis uel populi, in quo presupponitur consensus bene constitutum ius, licet uoluntas illa, et consensus ille ex falsa causa, & sic ex errore originē sumiserit, & ideo factum Principis uel populi per errorem facit ius, ita procedit text. in d.l.ij. in f. ff. de suppellest. legat. Ita etiam procedit text. noster, nam decretum populi per errorem ualuit, & contulit præturam ueram Barbario

C O M M E N T A R I A

non obstante errore, i.e. non obstante quod consensus & voluntas populi originem sumpserit ex ignorantia qualitatis Barbarij, sufficit, n. quod non errat in decernendo præturam, & sic melius concipitur conclusio, quod error Legislatoris non obest quominus ualeat ius ab eo constitutum, aut decretum per ignorantiam, & hæc notwithstandinga sunt, quia ego tenebo, quod communis error ius non constituit, tenebo tamen quod non obest quominus ratum sit ius quod constituitur ab habente potestate constituendi, tenebo etiam quod in populo non libero, hæc non procedunt, nec in inferiore à Principe, quia cū careant potestate frustra conantur ius constituere, per ea quæ tradit Bald. in l. cum testamentum num. 2. C. de iur. & fact. ign. & tenebo quod communis error non quam facit ius, ex quo sequetur maxima utilitas in prætice, & cessabunt magna, et ferè inextricabiles difficultates excitatae à Docto.

12 Scire etiam oportet, circa communem hunc errorem, seu ignorantiam, Glossatores uario modo locutos esse, & Doc. plures uarias ac inter se discrepantes conclusiones confunderunt, & turbarunt, & ex pluribus unicam constituerunt, ex qua confusione in errores innumerabiles & inextricabiles uelint nolint prolabuntur, aliquando, n. dicunt, quod communis error facit ius, glo. hic in uerb. funcius, et in uerb. reprobari, et ita loquuntur hoc in loco omnes Doc. ita etiam loquuntur Doc. in c. cum dilecta de rescript. et in c. ad probandum de re iudic. et in c. scisicitatus de rescrip. et hoc casu ego tenebo intrepide contra communem, quod error non facit ius, aliquando dicunt, quod communis error excusat

I N . L . B A R B .

14

& damnum excludit, ex scientia incurrens, ita loquitur gl. in l. iij. ff. ad macedonianum, tunc ingrediēdus est campus latissimus ignorantiae, que non est materia nostra, dico tamen in hoc casu, quando particularis ignorantia excusat, iustificatur, & coloratur ex communi errore, et tunc dicitur probabilis, ignorantia, ita loquitur tex. in d. l. iij. ff. ad maced. Aliquando dicunt possessorum alicuius qualitatis, seu turis, pro inde haberi, ac si posideret ius illud, quod possidet, quo ad fructus ex quo ad exercitationem, ita loquitur Abb. in c. consuetationibus de iure pat. de hac loquitur tex. in d. l. iij. ff. ad macedon. & tex. in l. i. C. de testam. ex instit. eod. tit. 5. sed cum aliquis ex tex. in c. cum persone de privileg. lib. vi. & in c. ad decimas de rest. folia. & Doc. in locis allegatis, ex alibi sape Doc. quia est alta matræ, et multiplex, & minime pertinet ad materiam legis nostra, tamen quia inculcantur hic multa à Doct. ego nonnulla perstringam infra, cum disputabo an uires habeant instrumenta cœfecta ab imaginario, seu (ut uulgo) dicitur putatiuo tabellione, qui privilegio caret, Aliquando dicunt, quod error Principis, seu Legislatoris ius constituit, ita loquitur tex. et glo. in l. iij. in fi. ff. de supell. leg. de hac etiam loquitur tex. nosler, de qua remulta ego iam ante locutus sum, & infra pertractabo hoc enim casu concluso cum lege & cum glo. q. error Legislatoris facit ius intelligendo, q. factum per errorem à Princeps ius constituit, et ratum habetur, (dummodo sit talis error, qui non uitiat consensum) prout est error in qualitate, qui consensum non uitiat, nec impedit. l. demonstratio falsa. ff. de cond. et demonstrat. de hoc errore loquitur

C O M M E N T A R I A

tur tex. noster, nam populus ignorabat conditionem Barbarij, tamen non errabat in corpore, nec errabat in decreto, et sic non potest negari, quin intercesserit uoluntas et cōsensus populi, in decernendo præuram Barbario, pro ut etiam aperte sentit Bald. hic in prima lectu. col. 4. nu. 8. uer. licei forte ex falsa causa moueretur, seu ex errore, Item præter uoluntatem, potestas conferendi suberat, nam poterat populus etiā seruo decernere præturam, ut hic ait tex. cum ergo uoluerit dare præturam et potuerit etiam ignorans eam seruo decernere, et de creuerit, profecto, trāslata est in Barbariū uera prætura, et uerus magistratus, non obstante errore Legislatoris, quia Legislator etiam errando ius cōstituit, et sic ego concludo, q. error Principis facit ius.

Et ex his patet, quòd sunt quatuor termini diuersi, et quatuor conclusiones inter se sumnopere discrepantes quadam tamen uicinitate seu similitudine quodammodo connexe, et sere eadem uidentur, quas pessimo exemplo confundunt Doct. et propterea in maximos errores prolabuntur, cauēdum igitur erit, ne patiamur nos ex una in aliam proripi, aut detrudi, ne alioquin similibus erroribus inuoluamur.

13 Habet hæc lex (secundum antiquos) duplīcē sensum, ego tertium addam, qui forte non displicebit (et nifallor) uerissimus omnium. In compendium ita redigi potest secundū sensum glo. et Bart. Propter publicam utilitatem, et communem errorem, prætura seruo decreta, eum Prætorem efficit, obidq; ualent eius gesta, nec non et liber ipse effectus est, qđ procedit in eo qui Prætor creatus est à Pop. Ro. et multo magis idē obseruā-

I N . L . B A R . B .

15

bitur à Imperatore. Alter est sensus ultramontanorum quem magis crebriori suffragio cōprobant Doct. secundum quem lex ista ita in compendium redigi seu summari potest. Valent agitata coram Prætore non idoneo, propter utilitatem publicam, et propter auctoritatem constituentium, et communem errorem, hunc sensum refert hoc in loco Bar. in 1. lect, col. 2. circa fita neti eum non sequitur, probant tamen hunc sensum Old. Pet. Cyn. et Gul. de cun. et Bald. hic col. ij. circa fita in ij. lect. et Albe. et Ias. qui alias refert et est, communis sensus.

14 Differentia inter ambos sensus magna est, quia secundum glo. et Bart. presupponit quòd Barbarius iste uere fuerit Prætor, et liber, sed secundum aliorum sensum magis communiter receptum presupponit q. Barbarius nec uere Prætor fuerit, nec liber tamen gesta eius secundū utrumque sensum uires habent.

15 Ego neutrū ex his si quor, sed mihi magis placet sensus inter utrumque medius, qui ita se habet, Seruus à populo etiam ignorante, uel à principe ad magistratum assūptus, aſsequitur dignitatem illam, et magistratū illū, licet maneat seruus, ac ualent eius gesta.

16 Sanè quia diuīsio plerique utilis esse solet, ut tradit glo. in prohem. inst. in. §. 1. igitur in uer. easdem, et Cagnol. in prohem. ff. in princip. num. 1. et religiosissime mos iste obseruatur ab antiquis et recentioribus Doct. ego qui id semper non facio, in hac lege non puto diuīsionem seu partitionem esse negligendam, et potissimum rationem, quia sere tota difficultas legis nostra consistit in uerbis, et in structura, adco ut nisi in

C O M M E N T A R I A

partes scindatur et distribuatur, difficile factu puto, ut uerum eius sensum assequamur.

17 Disividitur itaque textus noster communiter in quatuor partes Ias. in sex. seu in septem distribuit, ac paritus est, alij aliter diuidunt, prout sibi commodius uideatur, ego in quinque partes diuido, seu distribuo, in prima ponitur Thēma, seu casus, seu spēties, prout ex facto contigit, scilicet, q. Barbarius fugitiuus Romæ Prætor à populo designatus, magistratum gesit.

In secunda parte quæ est in uers. Sed nihil, ponitur decisio Pomponij, in qua respōdet tacite questioni, quæ descendit et suboritur, ex casu et ex specie proposita, et concludit secundum Pompon. q. Barbarius iste uera prætura functus est, et uere Prætor extitit non obstante seruitute.

In tertia par. quæ est in uers. Attamen uideamus, re uocat in dubium id quod à Pomp. decisum et determinatum fuerat, et disputat de eius ueritate, et disputando prolabitur in aliam questionem, antea quā n. determinet quæstionem propositam super prætura, ingrediatur aliam, et querit an ualuerint gesta Barbarij, uenit n. sibi in mentem, q. si non ualuit prætura, consequēs est etiam, ut non ualeant gesta inhabilis, et incompeniens iudicis, et sic ostendit utilitatem, quæ ex quæstione præturae resultabit.

In quarta, quæ est in uers. et uerum puto, ponitur conclusio seu decisio, et resolutio ipsius iurisconsulti, cum ratione decidendi, concludit n. ualere omnia, et subdit duplēm rationem, prima est quia hoc est benignus, secunda et iustior, quia Popul. Rom. potuit etiam

I N . L . B A R B .

16

ignorans seruo decernere præturam, et sic cōcludit et determinat utranque quæstionem, tam circa prætam, quam circa ualitudinem gestorum.

In quinta, extenditur dispositio huius legis a populo ad Principem, ut s. quod habet locū in eo, cui populus decrevit etiā ignorans magistratiū, procedat etiā in eo, tui Princeps solus etiā ignorans idē decreuerit, et sic error solius Principis equiparatur errori totius populi.

18 Scire etiam oportet, q. hoc in loco queritur principaliter tantum, an Barb. iste uere Prætor fuerit, et an ueram præturam gesserit. Et sic conuenit titu. sub quo lex est collocata. l. si uno ubi Bart. ff locati, et queritur, an populus potuerit facere hunc Prætorem, ut patet ex uers. fin. ubi dispositionem huius leg. extendit ad Imperatorem, ut quod potuit populus, idem etiam posset Imperator, ex hac quæst. dependet et desflit altera scilicet, an gesta ab eo, q. diu latuit seruitus, uires habeant. Ideo dum de prima disputat, in cōsequentiam querit de altera s. an gesta ualuerint, quia solutio unius dependet ab altera. nam si fuit uere Prætor, ualent eius gesta, si non fuit Prætor non ualuerunt gesta, et contra, si ua luerunt gesta, Prætor fuit uerus, si nō ualuerunt, nō fuit Prætor. demū concludit ualuisse gesta Barbarij dupli c ratione (ut dixi) primo dicit, q. hoc est humanius, qua ratione si fuisset contentus, magnū nobis scrupulum reli quisset, quo ad ipsum magistratum, sed ea non contentus secundam subiicit, quæ tollit omnem scrupulum, et ait ideo ualere gesta Barbarij, quia populus etiā seruo potuit decernere hanc potestatē, et sic determinat utrumq. dubium, et utranq; quæstionem.

C O M M E N T A R I A

19. Quod autem potuerit Pop. Rom. i. b. vix potestatem seruo decernere, ostendit per argumentum à maiori, de quo in l. non debet. ff. de reg. iur. et ibi. Vult et laec in ea s. qd qui fit ad ult. et in ea cur licet de reperitur lib. vi. Subiicit n. tex. q. si popu. seru. sciuisset Barbarium esse seruum, liberum cum esse: uult dicere, q. populus potest maiora q. magistratus seruo decernere, nam ei tā illi potest dare libertatē, quod ei maius q. magistratum illi dare, nam horcasū nemtri auferit ius suum, ut minorem lēdit, sed ius ciale mercum auferre. l. cum Prætor. s. pen. ff. de iudic. quod facile est Principi. inst. de iur. nat. gent. et ciuil. s. Sed naturalia, si in libertate danda auerius suum auferit, quod non faci licet. l. si priuatus. ff. qui et à quibus Doc. in cap. qui in ecclesiistarum de constitutio.

20. Subiicit tex. q. Pop. Ro. Barbario libertatem dedisset si illum sciuisset esset seruum, non uult dicere, q. populus omnino illum efficeret liberum si sciuisset seruum esse, ea ratione quia illum ualde carum haberet, ac magno amore, magnaq. beniuolentia prosequeretur, nec quia huic fauereit seruo, nec quia sciat iurisconsul. quo animo esset popu'us erga Barbarium. ridiculū. n. est diuinare, quo animo futurus fuisset Pop. Ro. erga seruū, si sciuisset esse liberum. Imo credendum est, q. indignū ad tantum honorem non extulisset, nec ad tantum dignitatis fastigium euexisset, nec domino dominium serui absculisset, sed illum reddi, ac etiam puniri potius tuisset, ut in l. ij. C. si seruus uel libert ad decurio aspi. lib. x. et in l. pen. et fin. C. qui milit. possu uel non lib. xij. ad demō strandam igitur magnam populi liberi potestatem, et ad ostendendum q. populus potuit etiam seruo durante seruitute

I N . L. B A R B.

17

Seruitute prætoram decernere, dicit etiam libertatem seruo dare potuisse, ut mirari desinamus, an potuerit ei prætoram dare, ait itaq; q. si illum sciuisset esse seruum, qn̄ decernebat prætoram, ita decernendo. et liberum efficeret. i. decernendo prætoram seruo cognito, illum fecisset liberum, seu si non decreuisset prætoram, liberum non efficeret, et sic cessant difficultates hic mota per Bald. in prima test. col. vi. prope si. uersi. Quæritur ergo, ubi ualde anxius est Bald de hac re.

21. Ex hoc apparet, q. iurisconsultus in hac l. in uersi. Sed et si sciuisset loquitur de bono animo, quo affectus erat populus erga Barbarium, nec de amore, aut benevolentia, qua eū prosequebatur, sed loquitur de magna populi potestate, ut desinamus mirari, an poterit seruo decernere prætoram, nam longe maiora potest, cum posset priuato dominium rei suæ auferre, quod maius est, quam seruo hondrem publicum decernere, ex in quo forte aliqui contrarium dixissent, per tex. in l. Si priuatus. ff. qui et à quib. sed hoc potest populus, liber ac Princeps ex causa, per ea quæ tradunt Doc. in cap. quæ in ecclesiistarum, de consit. et in proposito nostro tradit hic Bald. in secunda lec. col. iiij. in si. uersi. Venio ad secundam, sic etiam alias lex dat libertatem seruo alieno. l. Si quis in graui. s. utrum. ff. ad Syllan. uult ergo dicere q. Pop. Rom. si sciuisset eo tempore, quo prætoram decernebat Barbario, illum esse seruum, et hoc non obstante uillominus decreuisset, illum eti. am efficeret liberum; idem facit Imperator, quando dominus sciens seruum in dignitate manere, permittit, uel ad dignitatem extollit. l. pen. ex l. fin. C. qui milit. poss. uel non lib. qij, que etiam

C

C O M M E N T A R I A

quia nō dico, q. Po. Ro. eum exp̄s̄ eff̄c̄s̄et liberum,
sed tacitē per solam n. honoris designationem à scientē
factam intelligeretur libertate donatus. I. quidam con-
sulebant ubi Ang. in si. ff. de re iudic. & ibi Alex. col. ij.
nu. vi. uer. si. Et sic not. ex isto, ubi ait q. quando scienter
summus P̄otifex sacerdotium tribuit, uel Princeps gra-
tiam, priuilegiu. n. induget in capaci, intelligiur eum le-
gibus soluere, seu dispensare, ad idem est tex in l. idem.
Vlpiānus in si. ff. de excusſtū. idem tradit Bar. in d. l. ij.
C. si seruus uel liber, ad decurio. aſp̄. lib. x. ad idem facit
tex. à contrario sensu in l. sed si hoc. q. patronum. ff. de
in ius uocan. addē glo. in cap. statutum in prin. in uerb.
literarum, & ibi Franch. not. col. ij. nu. xiij. de rescrīp.
lib. vi. tex. est in cap. cum uigesim⁹ & ibi not. per Doct.
de offi. delegat. uide quæ tradunt Doct. in cap. ex ratio-
ne de ætat. & qualit.

22 Hæc uera sunt, quo ad libertatem donandam
seruo, op̄oret. n. q. popu. eum sciat esse seruum, & eo ca-
ſu decernendo pr̄aturam, tacitē cōſert libertatem, ratio
exprimitur in l. fi. circa princip. C. qui milit. poss. ue! nō
lib. xij. ita loquitur tex. in uer. si. Sed quo ad ma-
gistratum transferendum & tribuendum seruo, non est
necessaria scientia Principis, aut populi, sed sufficit uel-
le dare, & q. det, tunc n. etiā ignorans transfert, & hoc
probat tex. hic in uerb. potuerit, ubi semper loquitur de
populo ignorantē:

23 Est etiam aduertendum proposito themate ſta-
tim poni decisionem Pompo, per quam respondetur ta-
citē quæſtioni, ait. n. Pompo. ſentire, q. Barba. ſuit uerus
Pr̄ator, & ei non obſtitueſſe ſeruitū, uult dicere, q. licet

I N . L . B A R B . 18

fuerit, et perſeuuerauerit eſſe ſeruus, tamen hoc nō obſtan-
te, uera pr̄actura functus eſt. i. uerus Pr̄ator fuit, poſtea
ipſe Iurifco. in uerſi. Attamen, reuocat in dubium hanc
decisionem Pompo. & ſuper ea diſputat, & ſic querit,
an q. liu. latuit ſeruitus, dignitate pr̄atoria functus ſit,
& de hoc quodāmodo dubitat. ideo ait, Quid dicemus?
quasi dicat, ſi admittimus q. non fuerit Pr̄ator. Quid
erit? & quid dicemus? an ex hoc etiā ſequetur, ut non ua-
leant ea, quæ dixit, quæ decrevit, an uero licet nō fuerit
Pr̄ator, dicemus tamen ea quæ geſit fore aliquid mo-
menti, ob utilitatem eorum qui apud iſpum egerunt?

24 His ita propositis & diſputatis concludit ipſe
Iurifco. nihil horū reprobari. i. omnia quæ dixit quæq;
decreuit uiribus ſubſttere, rationē ſubſicit, quia hoc
humanius. i. benignius eſt, & ſic in dubio benignior op̄i-
nio amplectēda eſt, facit tex in l. benignius. ff. de legib. l.
ſemper in dubijs. ff. de reg. iur. l. in omnibus quidem eod.
titū. cum ſimilibus. Non contentus hac ratione, ad
aliām tranſit, & ait ualerē decretā Barbarij, quia Pop.
Ro. potuit etiam ſeruo dare hanc potestatē, qua ratio-
ne (meō iudicio) nulla melior, aut efficacior adduci po-
tuit, & prōinde eſt, ac ſi diceret Popu. Rom. ſeruo pr̄a-
turam decreuit, & potuit decernere, ergo ualeat, & tran-
ſlata eſt & ſic uerē ſuit Pr̄ator, & per conſequens ual-
lent etiam eius decretā, alias nō ualitura, tanq; à priuato
& iudice incōpetenti facta. l. i. in uerb. nihil agit, & l. ij.
ibi firmitatem iudicati nō habet. C. ſi non à compt. iud.

25 Subiecta eſt nunc ratio dubitandi, nam (ut
inquit Bal. in l. ſi tutores. C. de compensat.) ſi quis nō in-
telligit rationē dubitandi, non potest intelligere ratio-

C O M M E N T A R I A

nem determinandi, nec percipere intentionē legis, hoc nō ex authorit. Arist. probat Cag in l. si quis maior col. ij. nu. iiij. C. de trāfac. quae inuestigatio (si ullo unq̄ tempore, aut ullo casu necessaria, aut ut: his uisa est, in hac lege proculdubio nullo pacto negligenda est) quia ea cōperata, ac etiā rationē decidendi inq̄cta, cessabūt multæ alioz qui inextricabiles difficultate excitate à Doc. et multæ conclusiones falsæ, q̄æ à Doct. pertinacissimè etiā u/q; ad aras deſſendūtur, sua ſpōte corrūt et jubuertentur.

Ratio ſeu cauſa quæ in caſu propositio dubitationē afferebat, ea eft, quam etiam ſupra in prefationibus oſte di, et paulo ante perſtrinxī, uidelicet q̄ nobis inſinuat tex. in uer. Nec obſtitifſet ſeruituſem, et reſtitut in uerb. q̄ diu latuit ſeruitus. Ratio ſunt effirax, et potiſſima ad decidendum ea eft, quam inſinuat tex. in uerb. potuerit.

26 Videbatur n. dicendum, Barbarū Prætorem non uifſe, quia ſerui poſte non patent dignitatū. l. fi. ſi ſeru. uel liber. ad deru. aliſi. l. non mutant. C. de liber. cauſi. l. generali. C. de Tabula. lib. 10. l. cum Prætor. §. pen. ff. de iudic. l. ſeruus. C. eo. c. ſcſcitatū, de reſcript. Et ibi Doct. Et prō nibilo habent l. qui teſtamento a ſe cundo. §. ſeruus. ff. de teſtam. Nec Barbario opitula ri uidebatur potestas populi, de qua non eft diſputandum, ut l. ſacrilegij. C. de diuer. reſcript. Et l. ij. C. de cri min. ſacrileg. Quia in ſcience illa uideatur procedere, Et ita expreſſe ſcribit gl. in. l. ſacrilegij. Et in. l. uniuersū C. de p̄ecib. imp. offi. Et eft tex. in l. idē. Vlpia. ff. de exa cuiſ. tut. Et in. l. ſed ſi hac. §. patronū ff. de in. ius uocan.

27 Ignorans autem populus nō uidebatur dediſſe ſeruo ueram præturam, quia Princeps ignorans numq̄.

I N . L. B A R B.

intelligitur legibus ſoluere, ſeu diſpensare, ſecundū com munem ſententiam Doct. de qua per Alex. Et alios in. l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. et per cano. in. c. Sta tūtum in princ. in uerb. literarum de reſcript. lib. iiij. Bal. in. l. Imperialis. §. ſed: et ſi talis. C. de Nupt. Et hæc ratio ignorantie ſumopere urget, et mouit ipſum. Iurisſōſ. al. ambigendū de magiſtratu Barbarij. Ratio ergo duabitandi ſola conſiftit in ignorantia, et in errore populi, quia uidetur populuſ ignorantem nō potuisse decernere ſeruo præturam, uel ſaltem non habuiffē animum decera nēdi, uidetur enim Barbarū doſole obrepelliſſe populo, celando ſuā conditionem, et proprie. a mībil profecerit, l. pen. C. ſi contra ius uel utilitatē publi. c. ſuper literis et ibi Doct. de reſcript. Ex hiſ ſequebatur, q̄ non ualebat geſta Barbarij tanq̄ decreta incompetentis iudicis. d. l. i. ubi B. Id. col. pe. nu. xix uers. Deinde not. C. l. ij. ubi idem Bald. not. C. ſi non à comp. iudi.

28 His nō obſtantibus determinatur contrarium. f. q̄ imo Barbarij decretā, et ſententiæ ualuerūt, ratio eft, quia hæc decisio eft benignior, ideo præferēda in dubio, ut dixi. Et aduertere, nam aliud eft dicere, ſententiam contraria de rigore eſſe ueram, aliud q̄ hæc ſententia eft hu manior, cū. n. dicimus priorem ſententiam eſſe ueram de rigore turis, fatemur, contrariam non poſſe uifineri mero iure, ſed cū dicimus, q̄ hæc ſenſetia eft humior, non fatemur non poſſe uifineri mero iure, nec fatea mur, alterā ſententiā eſſe ueriorē ſtricto iure, ſed præ ſuponimus, iustum eſſe id quod eft benignū, nam ius eft ars boni. Et equi. l. i. §. i. ff. de iuſt. Et iur. Et in. l. ius pluriſ. ubi ius dicitur quod eft ſemper bonū, et equum.

C O M M E N T A R I A

cod. ti. facit tex. in l. cum nec patronos, ibi iuris æquitas permittit. C. de iniur. uel salic præsuponimus, q. res ambigua est, & q. in utr. ang. partem plura adduci possunt, & sic non est clarū, quæ sententia sit uerior, tamen hæc est benignior. Ideo in dubio amplectenda, alioqui si claram ac perspicuum esset, contraria sententiam mero iure ueriorem esse, illam sequi debemus, non alteram (licet forte hæc benignior esset) quia hæc benignitas in ambiguous tantum spectatur, non in claris l. in ambiguis. S. quoties. ff. de reg. iul. l. semper in dubijs eo tit. l. proxim. ē ff. de his quæ in testam. delent. in claris autem sequimur legem ipsam licet duram. l. prospexit. ff. qui & à quibus nec in claris disputationi locus est, aut coniecturis. l. ille aut ille. S. cum in uerbis. ff. delega. tertio. l. continuus. S. cum ita. ff. de uerb. oblig.

29 Hoc anotare obiter uolui, ut intelligatis non recte sentire Doct. hoc in loco, dum existimant totam hanc legem nostram, super sola æquitate fundatā esse, & quia ex mero iure contraria sententia sit uerior. Ex quo deinde inferunt Barbarium non fuisse Prætorem, & alia deteriora multa inculcant, quæ omnino fugienda sunt, ut potè falsa, & quæ nos in maximos errores raperent, nam non futetur hoc iuris consultus, quod contraria sententia stricto iure sit uerior (ut dixi) id etiam ex alio evidenter apparet, nam non contentus iuris sconsultus ea ratione, quam primo loco adduxit, scilicet quod hæc decisio in fauorem gestorum benignior est, alteram adducit, per quam tuerit hanc sententiam stricto iure, dicit enim decreta Barbarij ualere, quia populus etiam seruo potuit decernere præturam, uult era-

I N . L . B A R B .

29

go dicere, quod ex quo populus potuit dare, & dedit, ualuit præture datio, & per consequens ualuerunt omnia decreta, & pronunciata ab ipso Prætore, & sic mero iure, & hæc sunt rationes decidendi in lege nostra. scilicet benignitas: q. in dubijs præualet, item potestas populi, quæ tanta est, ut etiam seruo potuerit decernere honorem, non obstante ignorantia.

30 Quæ omnia summopere notanda sunt, quia ratio decidendi non consistit in errore, nec in ignorantia populi, sed potius in eo consistit ratio dubitandi (tamen non obstante isto errore) præualeat ratio decidendi & sic error & ignorantia communis, hoc in loco mouet dubitationem, tamen re uera non obstat, nec impedit translationem uere præture in seruum, licet autem i. o. impediat (ut dixi) tamē ipse error non tribuit hanc potestatem, nec consensum aliquem inducit, sed tantum nō obstat, non nocet, non impedit. Placuit aliquanto diuisius (et forte uerboius q. fas sit) super his immorari, q. a. in his uertitur cardo rei, illud. n. omnibus uiribus contendit, ut intelligatis ex cō. errore ius non fieri, nec in casu legis nostræ communem errorum quicquam profuisse Barbario, aut eis decretis, sed tantū nō obsuit, nec sustulit cōsensum, aut potestate populi, seu Principis.

31 Ex his sequitur, quod cum dubitatio in casu nostro profluxerit ex errore, & ex ignorantia populi quo magis aberit error, eo minus erit dubitabilis causa, & sic cessante errore, cessabit dubitatio, si igitur nō fuerit populo celata, nec i. nota seruitus Barbarij, sine dubio multo magis transferetur prætoria dignitas in eum, & ualebunt gesta, nam hoc casu interuenient om-

C O M M E N T A R I A

nā, quæ desiderari possunt, scilicet scientia, voluntas, et potestas, quæ tria (ex sententia Aristotelis) ad perficiōnem eorum quæ geruntur exigunt Bald. in l. cum testamento nū. ij. C. de iur. & fact. igno. & sic confunditur sententia Doct. sententium, q. nisi interuenisset error populi, non ualuerissent gesta Barbarij, ego dico omnia no ualuisse, & quod res esset minus dubia, & careret omni scrupulo, & esset casus indubitabilis, si cessaret error, & in hoc ego infirmum, & sepe inculcabo, quia res est magni momenti, & primus ego hanc uiam aperui, contra omnium ueterum opiniones, quas adeo pleriq. imbiherunt, adeoq; infixas in animo habent, ut lōga ac sāpe repetita & inculcata oratione uix euelli posse cōfīlant, dabo tñ operā, et quoad fieri poterit laborabo, et intendā pro uiribus, ut ueritas patefacta uobis elucescat.

32 Nec terreat nos authoritas ueterum, nā tam etihiis multum tribuendū esse scio, tamen ueritate comperta à ueterum sententijs discedere licet, id Labeonis exemplo nobis ostēdit Iurisconsultus in. l. ij. §. pen. ff. de orig. iur. & ibi 1af. num. 5 65 & sepe reprehenduntur ueteres à recentioribus, ut est exemplum in. l. de cere. ff. de arbit. ex in. l. i. §. adipiscitur ff. de acqui. poss. & in. l. illud quodq; ff. de petit. h. ere. & fatentur omnes quod illi sententie adhærere oportet, quæ meliori ac subtiliori ratione suffulta est, per tex. in. l. ij. ibi non ex multitudine. C. de uet. iu. enu. et in. c. Capellanus in uer. Subtiliori ratione de fer. latè Fely, ubi ait ita omnes sentire in. c. i. col. pen. nu. 5 4. in prima limitat. de constitut. tionib. & Io. Neui. in sylu. nupt. lib. v. in. 3. limit. fo. xcvi. col. 4. in princ.

I N . L . B A R B .

22

33 Not primo ex illo tex. in uers. Sed nihil, seruitutē non obstat, quo minus quis honorem ac magistratum adipiscatur à populo libero, seu à Principe si illi decernatur, quod manifestius ostendit paulo infra Iurisconsultus, ibi cum Populus Rom. potuerit etiam seruo decernere hanc potestatem, sic etiam alia extant exempla, quibus manifestum est, seruos geſſe magistratus l. ij. C. si seruus uel libert. ad occur. affr. a. lib. x. l. non mutant. C. de liber. caus. l. pen. & fin. C. qui milit. possū. uel non lib. xij. & hoc procedit ex ui, & ex potestate legis, cui nil obstat, & nihil inhabile est, aut inca pax quo ad eius uim penetrat n. omnia, & ubique patrit effectum suum, & hoc est, quod paulo infra subiicit tex. dicens quod Populus Rom. potuit etiam seruo decernere illam potestatem, facit tex. in l. quidam consule bant. ff. de re iudic. ubi princeps dans magistratum minori (& sic inhabili ex estate) omnia decernit, facit tex. in. l. cum furiosus. ff. de iudic. ubi furiosus potest dari index, et datio ualeat, licet quantum mentis impos fueritis dicare non poterit, facit tex. in. l. fin. C. de test. milit. ubi pupillus potest esse tribunus militum, cuius potestas est consularis l. ij. col. v. prop̄ fin. uers. deinde cum post ali quot. ff. de orig. iur. & not. Bald. in d. l. fin. pupillum posse habere dignitatē, & subiicit, q. populi Galli & ci salpina sape sibi dominos asciscunt filios impuberēs & infantes ueterū militum, facit glo. in c. Statutum in uerb. canoniticis de rescrip. lib. vi. quæ dixit, summū Pontificē causam pupillo delegare posse. Nulla ergo reperitur incapacitas respectu legis, et sic quo allegem ipsam omnia recipiunt, & admittunt uim suam. Ideo seruus po-

C O M M E N T A R I A

tuit creari Prætor à populo, nec obest ignorantia, quia non est necessaria scientia in his, in quibus ignorantia non tollit, nec impedit consensum. l. demonstratio falsa. ff. de con. li. ex demonst. L. iij. in fin. ff. de suppel. legat. et dixi. in præfationib. ob ita temperanda est sententia Arist. de qua meminit Bal. in l. cum test. C. de iur. et fact. igno. ubi ait, q. non sufficiunt in actibus gerendis consensus, et protestas, nisi etiā scientia interueniat.

34. Idem dico de Regibus ex Ducibus perpetuis, qui eadem possunt in suo regno, quæ Imperator, ut est Dux Mediolani, de quo loquitur Pau. cast. in conf. 34. in fin. uol. ij. et probat Fel. in c. quæ in ecclesiastarum col. xi. in fin. nu. 32. de consil. multo magis in his: qui non re cognoscunt superiorem, quales sunt Veneti, de quibus loquitur Pau. cast. in conf. cccxvii. col. v. in pri. nu. 5. uol. primo, et Fel. in d. c. quæ in ecclesiastarum col. xij. nu. xxxij. uersi. Tertius casus.

35. Adverte tamen; quia licet serui isti et similes (ut dixi) recipiant dignitatem, et magistratum sibi legge delatum (quia quo ad legem non sunt inhabiles) tamen si Principe ignorantie id assequuntur, sunt indigni, ideo detecta seruitute sunt priuandi. l. pen. et fin. C. qui milit. poss. lib. xij. l. ij. C. si seruus uel liber. ad decur. affi r. a. lib. x. et eos esse indignos probat tex. in l. non mutant. C. de liber. caus. Imo si per dolum obrependo impenetraverint, ueritate cōperta puniendi sunt d. l. ij. C. si seruus, uel liber. ad decur. aff. facit tex. in l. si quis obrepserit. ff. ad l. cornel. de sal. et l. generali. C. de tab. libr. x. interdum tamen tollerantur, et in magistratu perseverare permittuntur, si idonei Principi usi fuerint, ut in d.

I N . L . B A R B .

22

l. fin. C. qui milit. poss. et tradit glo. in d. l. ij.

36. Secundo not. ex eod. uer. Sed nihil, q. Barbarius remansit seruus, licet magistratum adeptus fuerit, id clarius apparet infra ex uersi. Sed et si sciuisse, ubi ait, q. si populus seruum hunc esse sciuisse, decernendo prætoram: liberum efficeret, ergo à contrario, ex quo ignorauit: non efficit liberum, faciunt ea quæ tradunt Doct. cōmuniciter, et præcipue Alex. col. ij. nu. 8. in l. quidam confubabant. ff. de re iudic. ubi concludunt q. Princeps ignorans non intelligitur in capacem legibus soluere, idem tradit hic Bald. col. v. circa fin. uersi. Paucis concludendo, idem tradunt Doct. in c. ex ratione de etia. et qualit. et Fel. in c. cum uigesimum de offi. delegat. facit tex. in l. sed si hac. s. patronum. ff. de in ius uocan. et non est nouum seruum adipisci magistratum, et eo assedito, remanere seruum, hoc exprimit tex. in l. non mutant, C. de lib. caus. exemplum est in l. pen. et fin. in uerb. spoliari, et in uerb. priuari. C. qui milit. poss. uel non lib. xij. de qua re infra latius tractabitur, glo. et Bar. in contrarium iuerunt sententiam, tamen haec sententia glo. est crebriori suffragio comprobata, et est uerior, ut videbimus.

37. Not. in uersi. At qui uera, Barbarium fuisse uerū Prætor, et hoc exprimit tex. noster, si no. cauilletur et in fine etiam idem ostendit in uersi. Cum populus, ubi ait, q. Pop. Ro. potuit hanc potestatemi decernere, quod uerbum potuerit, ad iuris effectum pertinet c. sciscitatus et ibi Doct. de rescript. Doct. in l. Gallus in princ. ff. de lib. et posthu. hoc idem probant hic glo. et Bar. contrarium tam. n. communiter tradunt Docto, ideo infra latius disputabitur.



C O M M E N T A R I A

38 Quarto not. ualere gesta serui in magistratu constituti mero iure, ratio est expressa in l. quidam consuebant in fl. ibi Princeps. n. ei cui magistratum debet omnia agere decreuit. ff. de re in li. et licet Doct. ibi existimat q. tex. ille loquatur de eo cui Princeps magistratum deat. scies illum esse inhabilem, tamen tex ille mihi probat indistincte in omni casu, n. quo in stratus fierit translatus a Princepe, sed illa est sola differentia inter scientem, et ignorantem Principem, quia in scientie, licite capitur, et efficitur liber, ut hic in uersi. non est sic habens etiam in futurum, et ad futuros magistratus. Si uero ab ignorantie suscipitur; improbe suscipitur, et non mutant. C. de lib. caus. et indignus est, ut per glo in liij. C. si seruus uel liber, ad decu. assi. lib. x. et paenam revertetur ueritate conservata, d. l. i. nec efficitur liber; nec habilis in futurum, d. l. non mutant. Doct. etiam communiter tenent, sicut non ex mero iure, sed ex aequitate, de quo infra tractabimus.

39 Aduerterem tamen, quia uidetur, q. h. e. acta non ualent contra contumacem, si admittimus Barbarium non fuisse uerum Praetorem, minus q. habuisse ueram iurisditionem, prout conuntere hic concludunt Doct. nam negari non potest, quin Barbarius sciat conditionem suam, cum sit fugitus, et sic seit se non esse iudicem, et hoc casu nunquam ualeat processus contra absentem, nec in causa principali: nec ad communactam puniendam. Idem est si fateamur, habere iurisdictionem, sed quae elidi posse at per exceptionem, ut multis placet, nam etiam hoc casu non ualeat processus contra absentem, ex quo Iudex sciebat iurisdictionem suam elidi posse. Ita Abb. in c. fa-

I N . L . D A R E .

23

dubibus col. iij. in fin. nu. 14. uersi. Primo casu, et col. sequentem uersi. Venio ad secundum, nu. 16. de appell. Franch. ibid. col. vi. uersi. Tertio queritur, nu. 29. et Fely ibid. col. ij. circa fin. nu. 7. uersi. Circa quatuor, et col. ix. cir. fin. uersi. circa secundum nu. 11. et Der. ibid et ibi cōter Doc.

40 Hec est magna restrictio ad legem nostram (si uera est. oī) arium ut imo ualeat processus etiam contra communacem; tenet hoc loco Bal. in iij. oppo. col v. ante med et in casu nostro ego credo ualere omnia gesta Barbarij quia haec lex indistincte ait; nihil ex his reprobari, quod uerbum nihil, est uniuersale negatum, et universaliter debet operari. I. ultimo ff. de lib. et possib. si is qui ducenta § utrum. ff. de reb. dubi. c. Deus omnipotens ij. q. i. not. glo. in. § i. in uerb. parum in Auth. de bæred. et sale. Tiraquel. in. l. si unq. in uerb. suscepit liberos. C. de reuoc. donat. nu. 70. debemus ergo fateri, q. st. Iudex uerē, et q. non potest excludi per exceptionem, sed debet adtri. superior, ut detrudatur à dignitate d. l. ij. C. si seruus uel libertus.

41 Illud etiam nolo emittere (ut interim aliquid cogitandum habeatis) q. in hac materia in qua tractatur de ualiditate gestorū Barbarij proponuntur à Docto. varie communis conclusiones, quae adeo inter se pugnant, ut uix coherere, aut concordari possint, hæ sunt uidelicet. Communis est conclusio, q. contra Iudicem ordinariu[m] toleratum inhabilitas iuris positivis à litigatoribus obiecti non potest, licet seruus sit in delegato, glo. et communiter approbata in d. c. sciscitatus de rescrisp. Et ibi Anch. in tertio not. et Imol. co. pe nu. 27. uersi. Circumtertium. Abb. col. ij. nu. 7. uersi. Sed circa. Fel. ibid. col. i.

C O M M E N T A R I A

nu.iuersi.Crimen, & est crebrior & receptior opinio, ut ibi attestatur Fel. & de communi attestatur And.sic, ibid.col.x.nu.59 & si ualeat processus ordinarij tolerati, licet partes obijciant inhabilitatem iuris positiui, sed cūdum ueram sententiam à qua nihil excipitur, nisi exceptio excommunicationis, q̄ ubi ci posse ordinario traditum est, ex quo appetat, jeruante obijci non posse, et obiecta non relevare, ut per Imol.in d.c. sciscitatus col.fi. nu.21. & ibi Anch. est communis conclusio, licet Abb. & Fely reclamant, & sic in hoc casu præsupponitur, saltem partes scire inhabilitatē, alioquin frustra queritur an possint illam obijcere, & an obiecta eleuet.

42 Alia est conclusio cōmuniter recepta, q̄ quid lo litigatores ipsi notam habent inhabilitatem iudicis, q̄ tamē alij ignorant, nihil hoc proderit litigatoribus, nec ualebit processus in eorum fauorem factus, Imol.in d.c. sciscitatus col.iiij.nu.16.uersi Si uero quo ad, & ibid. Abbas col.v.in fi uersi. Tertio caju.nu.13. quia huiusmodi ignorantia nō est probabilis, & tales ignorantiae habentur pro scientibus glo. not. in cle.i.in uerb. scienter de conjang & affi.glo.in c.i.in uerb. sciens quib.mod.feud. amitt.tex.est & ibi not.in c. quosilā de pr̄e sumpt. & ibi tradit Abb.nu.iiij. & Fel.nu.v. & subiicit Abb.in d.c. sciscitatus, per hoc eleganter limitari istum tex. quod etiam probat idem Abb. in c. si duobus de appellation. & Fel.in d.c. sciscitatus col.iiij.nu.5. uersi. Dispositio. Considera quomodo h̄ec possunt stare sīaul.mīhi uidentur ex diametro pugnare, & sudabit qui has duas conclusiones cōmuniter receptas concordare uoluerit. For tē tamen aliqui respondebunt tuendo utraq. opinionē,

I N . L . B A R B .

24

q̄ h̄ec ultima opinio habet locū : quando concurrit cō munis error : & scientia partium, cum n. uelint partes se tueri ex cōmuni errore, non admittuntur scientes, & c̄sus est, quando omnes notam habent inhabilitatem, tam scilicet ipſi ; q̄ cæteri omnes, tunc non se tuerint ex cō munis errore, ideo ualebunt gesta ordinarij tolerati.

43 Ex h̄ac ratiocinatione considera, q̄ infertur necessario alia conclusio cōtra cōmuniū, fateri.n. oportet, q̄ siue subdit cōmuniū error, siue non subdit, tamen semper tolerantur gesta Barbarij, seu ordinarij inhabilis, nam primo casu propter cōmuniū errorem tolerātur, ut hic per omnes Doct. secundo casu errore iam patefacto ualent gesta ordinarij, siue pars opponat, siue non, secundum aliam cōmuniū opinionem, quia ualent gesta ordinarij impediti impedimento non occulto, secundum cōmuniū opinionem supra relatam, & ex hoc sequitur: q̄ cōmuniū error non facit ualere gesta, & q̄ non est necessarius (ut pr̄e supponunt cōmuniter Doct.) alioqui cessante cōmuniū errore, cessaret ualiditas gestorū, id tamē falſum est ut uidimus : Alia est conclusio cōiter recepta, ut quando omnibus seu plerisq. nota est inhabilitas iudicis ordinarij, nil potest opponi, & obiectum non relevat, qdū toleratur à Principe, sed ualent processus huiusmodi iudicis, tradit Fel.in d.c. sciscitatus col.i. uersi. Crimen de rescri. et est communis opinio, ut ibi per Fely, licet And si. & Doct. reclamant.

44 Alia est conclusio, ut quando omnes sciunt h̄unc esse inhabilem, & soli litigatores id ignorant, non ualent gesta in eorum fauori m, quia pr̄e sumuntur scire, cum h̄ec ignorantia non sit probabilis, per ea quæ pau-

C O M M E N T A R I A

Io ante adduxi, et sic habentur pro scientibus, tamen hoc casu non ualent gesta, in superiore proximo ualent, cum tamen nihil magis delinquerint hi litigatores in secundo q̄ in primo casu, nam si pro scientibus habentur, cur nō sunt in ea conditione, in qua sunt uere scientes? Alia est etiam conclusio, quando omnes ignorantia inhabilitatem; quæ tamen ignorantia sit supina, non ualent gesta, quia hæc non est tolerabilis ignorantia, et sic habentur pro scientibus Abb. tradit in d.c. sciscitatus, et ibi Moder. sequuntur in addit. subiiciendo Inno. et alios idem tenere, et sic est cōmuniſ, quæro ergo cū habeantur pro scientibus, cur nō ualent gesta, quæ admodum uaderent si patēt esset. Et cōbus nota hæc inhabilitas, ut supra uisum est.

45 Considera etiam absurdū resultans ex supradictis tam varijs, et tā pugnantibus cōclusionibus, quo n. admittimus, omnibus scientibus inhabilitatem. Barberij (exceptus litigatoribus) non ualere gesta, quæ tamen sunt ualitura, si etiam ipſi cum alijs iā notum habent?

Item cur nocet illis scientia alijs ignorantijs, quæ non est nocitura si etiam ceteri sciant? Item, cur non potius parcitur litigatoribus scientibus et tacentibus id, quod alijs tolerant ignorantes, q̄ quando alijs omnes sciunt, et tolerant, cum primo casu ob scandalū uitandū taceat?

46 Item si cōsis error facit ius, ut concludunt omnes, et probet titulum, et habilitat per sonam, ut hic per Bal. in ix. oppo. in prima lect. Idem in secunda lect. col. pen. post med. nu. 7. uerf. Sed opponitur, et ex generali opinione quis efficitur habilis, ut sit idem. Bal. in l. ij. co. i. nu. 1. C. de sent. q̄ cōmuniſ error dicitur subesse, quando pleriq; ignorant, licet non omnes ignorent. Lij. ff. ad maced.

I N . L . B A R B . 25
maced. Io. fab. in 5. sed cum aliquis in st. de testam. Bar. in l.i. col. ij. prop̄ fi. in uerf. Item quid C. de testa. ibid. Bal. col. iij. circa princ. uerf. Quero tertio nu. 9. et ibi Ale. col. i. nu. 3. uerf. In tex. et col. sequenti, et ibi 1af. col. ij. in princ. nu. 2. glo. q̄ ibi sequuntur Bart. et Bal. et Alex. in l. inter omnes ff. qui satisd. cogan. et latius Tiraquel. in tract. de legibus cōnubial. in l. xv. in glo. vi. fol. 189. nu. 157. et sic non definit esse cōmuniſ error licet aliqui id sciant, quæro ego quō ex particulari scientia paucorum tollitur illa habilitas, et ille titulus, quæ etiam expresso consensu pauci isti priuati tollere nō potuissent? l. priuatorum C. de iur. om. iu. iuncta glo. in l.i. in uerb. incobata C. ubi de crimin. ag. oport. Item, si nō potest obisci exceptio inhabilitatis ordinario, et obiecta non relevat, ut concludunt omnes, uelim scire, cur partibus noceat tacere id, quod expressum non relevat? quod. n. non dependet à potestate alicuius, nihil refert siue ille taceat siue reclamat, ut inquit glo. proxi. alleg. q̄ sequuntur Abb. et alij in c. sciscitatus de rescript.

47 Quinto not. q̄ humanior sententia in dubio est amplectenda, facit tex. in l. proxime uerf. Sed in re dubia ff. de his quæ in testa. delenti. ibi in re dubia benignior rem interpretationem sequi: non minus iustum est q̄ tunc tum, facit tex. in l. benignius ff. de legib. et in l. si fuerit in fin. ibi hoc ualere benignum est ff. de leg. tertio, et tex. in l. semper in dubijs, et ibi Dec. et Cagno. ff. de regu. iur. late idem Dec. in l. in omnibus quidem, eo ti. Scias at q̄ in casu nostro illa dicitur humanior, quæ fauet ualidi tati actorum, pro quo facit illud quod uulgo fertur, interpretatione in dubio fit, ut actus ualeat l. quoties ff. de

C O M M E N T A R I A

reb.dub. et ibi Soc.nu.3. et in l. ubi uerborum in quarto not.eo.tit. Marfil. l.i. §. si seruus el seconde nu. 19 ff. de question.uersi.ult. Accedat q. nullitas actorum censetur esse pena, ut tradit Alex. post Bart. in l. Prætor in princ.nu. v. ff. de ope.no.nunc per tex. in l. senatus ff. de contrahend.empt.Bart.in l. sanctio col ij.in prin. ff. de poen. et illa dicitur benignior opinio , quæ excludit poenam, ut tradit Abb. in c. cum tu, col.fin.uersi. Ex predictis de testib, ideo in dubio, et in cōflictu opinionum debemus amplecti opinionem, quæ sustinet acta Barbarij, quæ benignior est, de qua equitate uide multa quæ tradit Io. Neuiz. in syl.nupt.lib.v. in 4. limit.fol.ccxi. et hæc benignitas consideratur non solum ex utilitate priuatorum, sed etiam ex potestate populi, ne uideatur, secisse decretum inuidium, quia Principes nunq uolunt errare, imo uolunt q. suos errores (.i. facta per errore ab ipsis) ius constituant l.ij. in fi. ff. de suppell. lega. et de populo est exemplū in l. quod non ratione ff. de legib.

48 Sexto not.ex uersi. Cum populus, q. Po.Ro. et ignorans potest dare seruo præturam, facit tex. in l.ij. in fi. ff. de suppell. legat. ubi Princeps etiam errans ius cōstituit, et sic patet Princeps nolle errare, nec uelle dare alicui ansam tergiuersandi, quominus pareatur his, quæ ab ipsis constituta fuerint; cum etiam facta per errores uires habere uelint, quo ad hoc ut parere et observare teneantur, hic quadrat id quod scribit Innoc. in transmissam de electio. ubi ait magistratu seu ordinatio iudici existēti in possessi. iurisdictionis scieite et patiēte Princepe, nihil posse opponi à subditis, quia ad eos nō pertinet, uentilare factū superioris, id etiam probat hic

I N . L . B A R B . 26

Bald.col.iiij.post med. uersi. Sed hic queritur, licet ipse quo ad seruitutē aliud sentiat, de quo postea uidebimus.

49 Sanè non est nouum , ut etiam priuatus ignora n̄s aliquid faciat, ut hic ait Bald.col.vij.in prin. alleg. tex in l. si ita stipulatus fuero hanc summam ff. de uerb. oblig. quod euenerit, quando error nō uersatur in his quæ consensum tollunt l. demonstratio falsa. ff. de cond. et de monst. et hoc est quod hic colligit Iaf.col.ij.uersi. Item potes. s. quando concurrunt potestas, et uoluntas ēt ta cita uel præsumpta, actus ille sortitur effectum. ualeat at id in quo fuit consensum, licet in alio sit erratum, ut ait glo. in l. i. §. si legatarius ff. ad l. Falcid. et sic licet fuerit erratum in libertate, non tamen fuit erratum in datione magistratus, ideo hæc datio ualebit, de libertate uero n̄ bil actum intelligetur, arg.l. sed si hac. §. patronum ff. de in ius uoc. Licet autem nolit Princeps ea quæ consili tuit contemni, etiam si per errorem facta sint (ut uisum est) tamen interdum non egredit si supersedeatur, et mo neatur Princeps, et expectetur secunda iussio §. fin. in Aut. de iudicib. et in §. et hoc uero iubemus. In Auth. ut nulli iudi. Iaf. in l. nec dannosa C. de præcib. Imp. offe. Dec. in conf. cxxxvii.col.ij. ante med.nu.i. latè Neuiz. in syl.nupt.fol.ccxi.col.ij idco in casu isto (licet pat eri debeat Barbario) tamen poterit moneri Princeps, ut ipse deliberet, quia meretur ut sibi auferatur prætra quasi indigno, ut hic ait Bald.col.iiij.º med. uersic. Quid dicemus e poterit etiā adiri iudex maior, ut in l. ij. C. si seruus uel liber. ad decr. aspi.libro decimo.

50 Septimo not. ex uersi. Sed et si sciueret, q. Po. Ro. decernendo præturam scienter seruo, illum efficitli

C O M M E N T A R I A

berum, facit tex. in l. fin. in uersi. Cui. n. ferendum C. qui
mul. possib. xij. facit tex. in l. quidam consulebant ff. de
re iud. al. idē facit tex. in l. idem Vlp. in fi. ff. de excusat.
tut. Idem tradit Bar. in l. ij. C. si ser. uel libe. ad. decu. affi.
q. quando aliquis incapax eligitur à Principe sciente
eius incapacitatem intelligitur cum legibus soluere, late
hic tradit Ias. col. iiiij prop̄ fin. uers. Item not. ex eod. et
col. sequen. ubi omnino uide. Idem tradit Ang. in d. l. ij.
Idem est secundum Bart. si uerisimile est quod sciat hec
tamē (ut inquit Bar.) non procedūt in his, qui non habet
potestatē dispensandi, et probat ibi Ang. et ibi sequi
tur Ale. in addi. facit quod tradit Ias. in l. uniuersis c^a fi.
C. de precib. Imp. offi. ubi ait, si populus aliquid facit
non seruata forma tradita à statuto, ualebit illud quod
gestū est, si populus poterat derogare statuto, quia intel
ligitur derogata.

52 Inferior non intelligitur dispensare, ex quo nō
habet potestatē, ut hic ait Bald. col. iiij. in l. le. st. nu. 7.
uersi. Not. tamen, imo (dato etiam q. sibi data esset hēc
potestas) requiritur in eo causa cognitio, per Bald. in
loco allegato, et late per Alex. in l. quidam consulebant
col. ij. in fi. nu. 9. et col. sequen. ff. de re iud. et ideo tacite
dispensare non potest inferior, quia sine uerbo dispensa
re non potest fecus in populo, ut hic per Bal. col. iiij. nu.
viij. uersi. Et q. De hac materia, an et quando Princ
eps aliquid faciens, uel dans incapaci: intelligatur eum
dispensare, seu legibus soluere, uide tradita per Mol. et
Ang. et Alex. in l. quidam consulebant ff. de re iud. glo.
in c. cum ecclesiā de except. glo in l. imperialis in uerb.
eportet. C. de nupt. glo. in c. statutum in uerb. harum de

I N . L . B A R B .

27

rescr. lib. vi. et ibi Franch. col. pen. nu. 13. Fely. in c. cū
uigesimum de offi. deleg. Abb. et alij in c. ex ratione de
cta. et quali. ubi etiam not. an inhabilitas perpetuo tol
latur, an uero quo ad illum actū tantum, tamen (quicquid
sit in alijs) dico in casu nostro tolli perpetuo seruitute,
et omnino effici ingenuum, nō ad unum actum tantum,
ut hic ait tex. q. simpliciter loquitur et indistincte, nec est
dispensatio ista, sed pura et simplex traditio libertatis,
quicquid dicat hic Ias. col. v. c^a prīne.

52 Not. ultimo, q. dispositio legis nostrae habet lo
cum non solum in populo, sed etiam in Imperatore, et
sic nō minus ualebit electio Prætoris inhabilis facta ab
Imperatore ignorantē, q. si facta fuisset à populo, et qui
paratur itaq; potestas populi, et potestas Imperatoris,
et recte, nam id ius quod hodie habet Imperator olim
habebat populus l. i. ff. de const. prin. l. i. §. cum. n. antiqua
C. de uet. iur. enuc. equiparantur etiam error Imperato
ris et error populi, ex quo apparet, q. etiā si solus Princ
eps erret: ignorando conditionem Barbarij, ceteri o
mnes id sciant, ualebit præturae designatio, et ex quo to
leratur à Principe; debet etiam ab alijs tolerari, ut ait
Bald. in l. ij. col. antepen. nu. 73. uersi. Nunc de quinto C.
de seruit. et q. Hoc tamē improbat Ias. hic col. xvij.
in fi. uersi. Quarto istam, et col. seq. tamen uerior est sen
tentia Baldi, quam comprobat hic tex. expressè qui ca
villari non potest, facit etiam tex. in l. ij. in fi. ff. de sup
pell. legat, ubi factum Principis per errorem facit ius,
de qua re infra latius tractabitur.

53 Glo. in uerb. designatus opponit cōtra textum
dum dicit, Barbarium præturae petisse, nam uidetur

C O M M E N T A R I A

Ambiendo honorem seu magistratum incidisse in crimen legis Iuliæ de ambitu l.i. §.i. ff. ad l.iul. de ambitu : facit tex. in l.i. si quemq; C.de Epif. audien. ad idem est tex. in l.fin. C.de crim.sacrileg. ad idem est tex. in l.unica C.ad l.iul. de ambi. et in Auth. ut iudi. sine quoquo suffrag. s. cogitatio, glo. multipliciter soluit cōtrarium; secundam solutionem probat hic Bart. s. licere palam petere, non clam, cōcordat glo. in l.i. §.i. in uerb. iustum ansam ff. de pollicit. et glo. in l.i. si quis ob honorem eo tit. et glo. in l.i. eos ff. de decur. et glo. in l.i. in uerb. contra ff. ad l.iul. de amb. probat etiam Bald. in 2^a lect. col. i. c^a fin. et col. seque. et Ias. col. v. c^a med. uersi. glo. in uerb. designatus, et inuehitur Bald. contra eos: qui clam ambiunt dignitates, et latè distinguunt, aliam distinctionem tradit Bar.

Concludit Bart. honores peti posse palam non clam: arg. l. non existimo ff. de admitt. tu. licet pro consequenda dignitate, seu honore, pecuniam polliceri licere, dummodo palam detur, aut promittatur, ita procedit secundū eum tex. in l.i. §.i. ff. de pollicit. Fallit si clam petatur, ita pro cedit tex. in d.l.i. ff. ad l.iul. de ambit. Fallit in sacerdotio d.l. si quemq; et tex. in Auth. q̄uo op. Epif. §. sed neque. Item fallit in magistratu seu alia dignitate, cui annexa est iurisdictio, d.s. cogitatio, et cum hac distinctione uidetur transire Ias. hic col. v. c^a med. in uersi. Glo. in uerb. designatus. Albe. tamē improbat id; quod admittit Doc. de eo qui palam ambit honores, cum secundū eum, quando sumus in prohibitis non minus peccet qui clam, q̄ qui palam delinquit, ut in furtō, quod etiā punitur et quidem grauius, q̄ quādo palam sit, l.i. ff. de furt. et s. peccna mānifesti inī. de oblig. que ex delicto, id tamen Ias. tutum

I N . L . B A R B . 28

non existimat, sed mihi uidetur improbiorem impudenterem esse, et ambitiorem qui palam ambit (peñimo exemplo) quam qui occulte delinquendo, alijs exēplum delinquendi non præbet.

54 Dic ergo, simplicem petitionē bonorum nunq; fuisse uetitam, et illos peti posse probat hic text. noster exemplo Barbarij, probat etiam tex. in l.eos. ibi nō sunt prohibiti honores petere ff. de decur. Idem probat tex. in l.i. si quis ob honorem ff. de pollicit. Imo consueuerant Romæ qui ad magistratus aut ad sacerdotia aspirabāt, cādidiati publicis comitijs in publicum prodire, et totis uiribus exorare, ut sibi honor ille decerneretur. Quod etiam Augustum fecisse scribit Suet. in august. Quoties (inquit) magistratum comitijs interesset, tribus cū candidatis suis circumbat, supplicabatq; more solemni, ut etiam resert. But. in annot. in priorib. Pandect. in l.i. ff. de offi. quæst. sol. 6 3. à terg. merito idem Bud. in posteri. annot. fo. 52, in l.i. si quis ob honorem ff. de pollic. irridet Accur. et Bart. qui existimauerunt non licuisse peti magistratus aut sacerdotia sine metu legis Iuliæ de ambitu et subiicit petere honorem, aut sacerdotium, nunq; lege Romana prohibitum fuisse, sed contraleses de ambitu latas petere, id demum erat uetitum, hoc est pecunia tributini cēturiatim promissa aut tributa. Moris enim fuit apud Romanos, ut candidati et magistratum petentes, non modò publicē, palamq; sed etiam sigillatim unūquodq; orando, obsecrando, et præhensando peterent.

55 Pecunia aut (ut dixi) dari promittiū non poterat ob honorem, seu sacerdotiū, ita loquitur text. in d.l.i. ff. ad l.iul. de ambit. et l.fin. C.ad l.iul. repetit.

D 4

C O M M E N T A R I A

Ex tex. in Auth. ut Iudi. sine quoquo suffrag. §. cogitatio col. vi. nec quicquam aliud ita loquitur text. in dicta l. fin. ibi ambitione uel pretio C. ad l. lul. repetun. licet glo- uerbū ambitione pro præcibus exposuerit in d. l. i. in uerb. contra ff. ad l. lul. de amb. sed potius capiebat pro quacunq; alia re præter pretium data uel promissa, nec refert palam an secretō hoc fiat, modo petantur hono- res sine ambitione, quia hoc non erat prohibitum, ergo non refert quō fiat, licet Bart. hic existimet palam peti debere, sed hoc nulla lege cauetur.

§ 6 Fac regulam indistinctē, licet petere magistra- tum sine fôrdibus, siue palam siue secreto. Ita proce- dat tex. nosler et tex. in l. eos ff. de. Deturionib. et hoc procedit siue petantur magistratus, siue honores, siue sacerdotia que peti non prohibentur d.l. eos ff. de decu- rion. et hac l. nostra, et de sacerdotio loquitur text. in l. si quis ob honorem ff. de pollicitat. Fallit quando pecunia uel aliquid aliud pro magistratu uel sacerdo- tio datur, aut promittitur, l.i. §. i. ff. ad l. lul. de amb. l.i. C. eo. tit. l. fin. C. ad l. lul. repetun. et in Auth. ut Iudic. sine quoquo suffrag. §. cogitatio. Quod restringitur non habere locum in eo, qui honorem petit à Principe, d.l.i. in principio ff. ad l. lul. de amb. d. §. cogitatio in Au- th. ut Iud. sine quoquo suffra. Restringitur ēt ut non habeat locum in republtca, hoc est: qñ datur seu pro- mittitur aliquid reipub. quod ad publicum usum, seu ad publtcam utilitatem redûdere debeat, ita loquitur text. in d.l.i. §. i. ff. de pollicit. et in d.l. si quis ob honorē eod. tit. licet glo. et Bar. aliter et male intelligent has leges, ratio est, quia respub. et Princeps æquiperantur, ut in

I N . L . B A R B . 29

hoc l. nostra, et sicut non cadit crimen ambitus cū Princi- pe d. l. i. in prin. ff. ad l. lul. de ambi. ita in populo, dico in uniuerso, quia uniuersus populus representat Principē non autem singuli de populo.

§ 7 Committitur ergo crimen ambitus, dando seu promittendo singulis, quod ad priuatam utilitatem per- tineat, secus si uniuersitati, quod ad publicā utilitatē pti- neat iuribus allegatis. Hodie tamen iure nouis. non licet etiam Principi dare pecuniam pro magistratu d. §. co- gitatio. Fallit 2. regula principalis in casu de, quo in l. fin. C. de crimin sacrileg. ubi quis in sua prouincia nō pôt petere off. Fallit 3. in casu de quo in l. unic. C. ad l. lul. de amb. ubi quis non pôt petere magistratum semel gestum, et per obreptionem impetratum off. adi- mitur, et punitur impetrans. Fallit 4. in episcopatu seu sacerdotio ex iure nouis. l. si quēquā C. de episc. et cler. quia isti debent perquiri, et assumi etiam inuiti, ut ibi ait tex. tamen si sacerdotium etiam hodie petatur si- ne pecunia, et sine ambitione, non incidit in crimen am- bitus, licet non recte faciat, d.l. quemquam.

§ 8 Glo. in uerb functus disputat, an Barbarius in casu proposito fuerit uerus Prætor, an imaginarius, et post multa concludit, eum fuisse uerum Prætorem, con- trarium tenent hic cōiter Doct. pro quorum opinione primo adducitur: q. Barbarius erat seruus, et sic imba- bilis ad præturam, ut est expressum in l. cum Prætor. §. pen. ff. de iudic. l. ij. ibi ob curiae dignitatem seruili mas- culu uiolatā C. si seruus uel libert. ad decur. aspira. lib. x. Bal. hic col. 2. c^o med. uers. item ex in 2^a lec. et sic de iure cōi non est Prætor ut ait Bal. ibid. col. 2. c^o fi. in

C O M M E N T A R I A

uers. Præterea, sed nec etiam ex dispensatione est Prætor, ut ait Bald. ibid. col. 2. c^a si quia non pot intelligi legibus solutus à populo, ex quo populus ignorabat eum esse inhabilem, & tunc sequitur conclusio, q. ignorans etiam Princeps non habilitat. Bal. hic in 2. lectu. col. 2. propè f. uers. Præterea Doct. præcipue Alex. in l. quidam consulebant col. 2. ff. de re iudic. facit tex. in l. sed si hac s. patronum ff. de in ius uocan. & sic nō est adeptus præturam seruo. n. non competit publicum officium, l. seruum ff. si quis caution. ll. seruus C. de iudic. Bal. hic in 2. lectu. col. 2. in 3. oppo. q. aut̄ habilitatio non fiat nisi asciente, tradit Ias. hic col. ij. c^a f. uers. Facit quia et magis diffuse col. 4. prope fin. uers. item noto ex eodem, & col. seq. & q. non sit Prætor, uidetur expressum in l. Hennius ff. de decur. quem text. hic allegant oēs præcipue Bald. in 1. lect. col. iiij. in 3. oppo.

59 Secūdo præsupponitur hic acta Barbarij uale ex benignitate per hunc tex. in uerb. humanius, q. si præsupponimus Barbarium fuisse uerum Prætorē, proculdubio, non ex benignitate, sed mero iure ualebunt, & hoc argumentum præ ceteris stringit ut tradit Bar. in lect. col. pen. in princ. eodē argumēto uititur hic Ias. col. vi. post med. uers. Ad idem, ubi ait si Barbarius fuisse Prætor, nulli dubium, acta ualuisse, & quidem ualerent de rigore, tamen tex. dicit, ualent ex benignitate, ergo facteri oportet Barbarium non fuisse uerum Prætorē. Bal. hic col. 2. in 2. lectu. c^a med. uers. item oppo. si Barb. Itē si fuit Prætor, frustra queritur an ualeant gesta, quia hoc indubitate est, Bal. ibid. col. 2. propè f. uers. Præterea, & hoc maximē urgere Bart. uisum est, ut hic ipse

I N . L . B A R B . 30

dit in lectu. 1. col. 3. nu. 2.

60 Tertio Barbarius per obreptionē assumptus est ad magistratū, ergo nihil proficit, nec magistratum est adeptus, l. fin. C. si quis contra ius uel util. pub. c. sup literis & ibi Doct. de rescript. facit tex. in l. i. ff. de nata lib. restituend. & tex. in l. sed si hac s. patronum ff. de in ius uoc. Bal. hic in 2. lect. col. 2. uers. item oppono iste. Immo pœna falsi puniēdus est, arg. l. eos s. q. se ff. de fals. Ias. hic col. ij. c^a fin. ubi exempla adducit, uel saliem alia pœna affl̄igendus est, ut in l. ij. C. si seruus uel libert. ad decurio. affl̄i. lib. x. ad idem facit quod ait hic Bal. in 2. lect. col. ij. an med. uers. Et ita, q. ex quo habuit furtiuū ingressum, non fuit Prætor, alleg. text. in l. fin. C. de primicer. lib. xij. qui tñ nihil probat, sed melius facit text. in l. i. eo. tit & longe melius text. in l. i. C. ut dignit. ordo seruet. tamen (meo iudicio) nullus probat indignos non assequi dignitatem, sed q. puniendi sunt, si perperā & cōtra legis præcepta dignitates assecuti fuerint, Idē Bal. tradit hic in 2. lect. col. ij. post med. uers. Oppo. g. acta, quod ex quo Barbarius sciebat se improbè procedere, non adipiscitur dignitatem.

61 Item si fatemur Barbarium fuisse uerum Prætorem, hoc nihil aliud esset, q. multiplicare inconuenientia, q. pati non debemus, ut hic ait Bald. in 2. lect. col. 2. c^a fin. uers. item non debemus, credo sentiat inconuenientes esse, ualere gesta non ueri Prætoris, & q. etiam sit magis inconueniens, aliquem ex dolo suo honorem assequi.

62 Pro eadem opinione adducitur aliud, nā p̄supponit Doct. detecta seruitute Barbarium detрудi ex officio, declarando illum non esse Prætorem, non etiam p̄

C O M M E N T A R I A

Sententiam priuatiū, ut p Bald. ibid. col. iij. aī med. uers.
Et ideo. itaque fateri oportet uerū Prætorē non fuisse,
alioqui non declaratoria, sed priuatoria sententia opus
esset ad illum deisciendum. Idem de sententia declarato-
ria repetit in lect. 2. col. 3. aī med. uers. Et ita, & in ead.
col. post med. uers. 2. oppo.

63 Item secundum Doct. æquitas, & publica utili-
tas sunt rōnes huius legis, quæ non debent fauere Bar-
bario, licet fauant gestis, & sic acta ualent, sed Barba-
rius nō fuit Prætor, est enim sur & criminosis l.i. C.de
seruis fugit, & obrepst populo l. ij. si seruus uel libert.
lib. x. l sed si hac s. patronum ff. de in ius uoc. & subintel-
ligitur tacite conditio, si est capax & dignus l. quāquā
ff. de rit. nupt. & suscepti fasces non patrocinantur in-
digno l. iulices C. de dignit. lib. xij. l. Caſtius ff. de senat.
hac aggregat Bald. hic col. iij. in p^a. lectu. in 4. oppo. &
propterea concludit: Barbarium non fuisse uerum Præ-
torem, quo ad se, nam publica utilitas (quæ est ratio le-
gis nostræ secundum Doct.) cessat in Barbario, qn agi-
tur de eius cōmodo. & honore, ut hic ait Bald. in p^a. lect.
col. v. 1. post med. uers. Ad idem, sed publica utilitas uerfa-
tur tantum quoad litigatores, ut ait Bald. in 2. lect. col.
2. post med. uers. item oppo. ratio, Ideo cum cesseret ratio
cessare ctiam debet dispositio legis. & ex his concludit
Bald. hic in 2. lect. c^a. fin. secundum Gul. de cun. & Cyn.
Barbarium non fuisse uerum Prætorē, sed imaginariū
e u putatiū tantum, & q. propter auctoritatem pu-
blicam, & utilitatem multorum, & cōmūnem errorem,
uſtinentur acta eius, idem firmat Bald., col. iij. aī med.
uers. Sed Inno.

I N . L . B A R B .

31

64 Item errauit populus decernendo preturam
homini, cuius cōditionem ignorabat, & sic non cōfensit
in Barbarium, quia nihil est tam contrarium cōfensu-
tū error, nec cōfertur iurisd. errando l. si p errorem ff.
de iur. om. iud. & ibi Alex. in princ. & Ias. in 2. not. &
Iij. in princ. ff. de iudi. nec consentiunt qui errant, l. nihil
cōfensu s. non uidetur ff. de reg. iur. & nullus est er-
rantis cōfensus l. non iccirco C. de iur. & fact. igno. &
nulla est erratis uoluntas l. sed hoc ita ff de aq. plu. arc.
notat glo. Dec. & Cagnol. in d. s. non uidentur, & pro-
pterea uidetur: q. populus errando nō cōtulerit dignita-
tem aut iurisdictionem seruo, quam putabat se tribuere
libero, ex quo uidetur sequi, Barbarium non fuisse ue-
rum Prætorem.

65 Hanc opinionem contra glo. & Bart. quod
Barbarius non fuerit uerus Prætor, tenent Gul. de cu. &
Cyn. proximè relati per Bald. eādem tenet Inno. in c. cū
dilectus de elect. ut resert Bald. hic in p^a. lect. col. iij. aī
med. uers. Sed Inno. & eam ipsem et Bald. firmat, eādem te-
net Iaco. de are. & Iac. de belui. & Old. hic & Albe. qui
plene examinat, & cōmūnem esse attestatur, firmat etiā
idē Bald. ibid. in 4. col. aī med. uers. Cōcludamus. idem
Bald. hoc probat in l. ij. in fin. C. de sent. ubi ait, quod lis-
cit ualeant gesta Barbarij, tamen Barbarius uerè non
erat in substātia officijs, quia ens & uerum cōueriūtur,
idem Bald. in l. ij. col. fin. nu. 8 s. C. de seruit. & aqu. eāde
sententiam probat hic late Ful. Idem probat Ias. hic col.
vi. ante med. uers. Contrarium, ubi ait hanc esse cōmu-
nem opinionem, quod sepe repetit Ias. in commentarijs
huius legis.

C O M M E N T A R I A

66 Contrarium sententiam tenet hoc in loco glo.
in uerb. Functus, quod immo Barbarus fuit uerus Præ-
tor, eadem sententiam probat hoc in loco Bar. in p^a.lect.
Et ante eum iacob. butriga ut refert Bart. hic in lect.
col. pen. in princ. in uers. Ex hoc ipse, refert etiam Bal.
in p^a.lectu.col. iij. in princ. refert etiam ias. in col. vi
in princ. eadem sententiam probat Bald. more suo sibi
cōtrarius in p^a.lect.col.iiij.c^a.med.uers. Quid dicemus,
hoc idem sentit inno. in c. Transmissum de elect. pauci
alij sunt secuti, ut hic ait ias. Videamus ergo, quis
iustius induat arma, et quæ pars ucrius sentiat.

67 Utilitas ex ueritate quæsitionis non mediocris
resultat, nam secundum ias. hic, si Barbarius Prætor nō
fuit, consequens est, ut priuatus magistratum gesserit,
et propterea incidit in poenas legis iulicæ maiestat.l. iij
§. fin. ff. ad l. iul. maiest. licet penam falsi suſtinebit, de
qua in l. eos §. ff. ad l. iul. de fals. quas poenas euitabit,
si ueram præturā cum geſiſſe probatum fuerit, ut hoc
in loco monet ias. Alia utilitas mihi succurririt, quia
ualebunt eius gesta mero iure, nō autem ex benignitate
nec ex iure singulari, preterea detrahēta seruitute nō erit
priuatus ipso iure, sed perseverabit in off. donec tolera-
tus fuerit à Principe ut in l. fin. C. qui milit. p. v. uel nō
lib. xij. nec proderit aut nocebit quo ad ualitudinem ge-
storuuſ scientia uel ignoratiā paucorū, immo nec mul-
torum, ut posſea uidebimus.

68 Pro hac opinione glo. et Bart. quem ego fecu-
turus sum contra cōmūnem; scilicet q. Barbarus fuerit
uerus Prætor, strigit text. nos ter in uers. Scđ nihil, ubi
ait tex. quod seruius nihil obſtitit quominus fuerit

I N . L . B A R B .

32

Prætor, quod uerb. fuerit significat substantiam, et effe-
ctum l. his uerbis in princ. ff. de hæred. inflit. et rei sub-
stantia hoc uerbo perfectissime includitur, nullum enim
uerbum sum es est substancialius inueniri posse arbitror,
prout expreſſe tradit Bal. in tract. Schismat. quem po-
suit sub tit. C. si quis aliquem test. prohib. in iij. part.
princip. que incipit Sed in contrarium col. iiij. prop̄ fi-
nu. xiiii. loquitur igitur iurisconsultus de uera substā-
tia præture, et ait seruitutem non obſtitisse Barbario,
quin Prætor fuerit, id est substancialiter et in effectu, et
sic expreſſe determinat tex. iste (secundum sententiam
Pomponij) quod Barbarius fuit uerus Prætor, non ob-
stante seruitute, et sic seruitus non impediuit substan-
tiam præture: et quod de substantia præture agatur,
patet ex eo quod ait lex, nihil obſtitisse seruitutem. Vti-
tur enim uerbo nihil, quod est uniuersale negatiuum,
et debet uniuersaliter operari l. ultimo ff. de lib. et
posth. l. si is quid uenta §. utrum ff. de reb. dub. c. Deus
omnipotēs q. q. i. not. glo. in A. uth. de hæred. et Falcid.
in princ. in uerb. parum nihil, et ideo, ad hoc ut ueri-
ficetur hæc uniuersalis negatiua, oportet seruitutem nō
obſtitisse in aliquo etiam minimo: nam negatiua uniuer-
salis in uno falſa, est tota falſa, ut tradidit Bart. in l. si ne-
cessarias §. si annua in princ. ff. de pigno. act. Bal. in l.
qui duos homines ff. in ius uocat, ut eant, sed si dixeri-
mus obſtitisse in hoc tantum, ut substantia ueræ prætu-
ræ non fuerit translata in Barbarium, scilicet non obſtitit
quoad factum, et quoad administrationem, seu exer-
citatem præture, proculdubio falſa est hæc uniuer-
salis negatiua, nec potest uerificari quod nihil obſtitit

C O M M E N T A R I A

rit, nam ino multum obstitit, et quidem nimium, si fateamur q. impediuit substantiam præturae, præterea superflua essent, et omnino ad nos ludificandos adiecta huius modi uerba, nam quis nescit seruitutem non impedimento fuisse exercitationi, et administrationi, quæ in facto tantum consistit: profectò nemo dubitat, nec quidè puer de hoc ambigit, aut ergo nos ludificat Pomponius, aut fateri oportet, loqui de iuris effectu, et de substantia dignitatis, et sic nihil obstitit seruitus, quominus Barbarius Prætor fuerit s. uera et substantialiter, et in effectu iuris, et ad hæc non potest responsum congruum accommodari, nisi negetur et probetur, Foponij sententiæ, et decisione nō esse ueram, quod tamen nunq̄ probabitur.

69. Hanc eandem sententiam mihi probat tex. nostrar. in uersi. Atq; uera, ubi ait q, secundum Pomponij sententiam Barbarus uera Prætura functus est, non dixit text. imaginaria, aut putativa, sed uera prætura functus est, quero à nostris Docto. q̄ o uerificari possunt hæc uerba, in eo qui non est uerus Prætor, sed de facto tantum exercuit officium præturae: profectò si ipse est falsus seu imaginarius Prætor, necesse est fateri falsam seu imaginariam præturam exercuisse, et administrasse, nam ens et uerum conuertuntur, ut ait ipse Bald. in l. ij. in fi. C. de sent. ubi ergo non subest ens, ibi non subest uerum, et ubi nō subest uerum, ibi non subest ens, si ergo exercet seu administrat præturam que non est, non potest dici exercere uerā præturam, et ideo si in Barbario nō inerat uera prætura, sed imaginaria, non pot dici q, exercuerit uerā præturu, sed exercuit præturu que non suberat, et sic falsam, uel imaginariam.

Item

I N . L . B A R B .

33

70. Item substantia et ueritas sunt idem, ut in l. ij. §. si sub conditione et ibi glo. in uerb. ueritatem et. s. si pupillo ff. de usucatio pro empt. qui ergo fungitur prætura uera, dicitur fungi substantia ipsius præturae, licet uerum et falsum seu imaginarium opponantur. Si quis legatum ff. de fals. c. cum humilitatis xxii. q. 2^a et omne quod non est uerum dicitur esse falsum quo ad substantiam, Bart. in l. quid sit falsum ff. de fals. probatur in l. si is qui ducenta §. utrum ff. de reb. dub. et in Aut. de instrument. et autell. et fid. in princ. et ibi glo. in uerb. immutatio, cum ergo dicit lex q, Barbarius functus est prætura uera, hoc etiam dicit q, nō imaginaria nec falsa functus est. Item ex quo lex dicit, hunc functum fuisse prætura uera, presupponit eius contrariorum esse prætura imaginaria, seu falsam, et q, quis potest fungi prætura falsa, seu imaginaria, ponamus ergo q, lex dixisset huc fuisse functū prætura imaginaria seu falsa, quid aliud sensiremus, nisi q, prætura qua functus est, non erat uera profectò nihil aliud significari contendemus et recte, igitur à contrario, cum dicit lex Barbarium fuisse functionem prætura uera, fateri oportet prætura quam administravit, non fuisse imaginariam nec falsam. Item si admittimus illum dici fungi uera prætura, qui nō est Prætor, quero ego exemplum de eo, qui imaginaria prætura seu falsa fungi dicitur è quando et quō hoc uerificabitur: profectò mihi exemplum ullum subuenire nō potest, i quo hoc verificetur, nisi quādo administrator iste qui fungi uerē est priuatus, et uerē non est Prætor, tamen in magistratu degit. Et pro magistratu se gerit, fructu in l. ij. in finff. ad l. i. ultimam q. iunc. n. recte dicitur fungi

B

C O M M E N T A R I A

imaginaria seu falsa plura, ex quo sequitur Barbarium
(cum dicatur uera p̄itura functū esse) uere Prætorē fuisse.

71 Non omitto uerbum atqui, hoc in loco significare imo certe, ut exponit Alber. in suo Repert. in uerb. atqui, & de eadem re tractat, de qua in proximo uersec. tractatum est, & amplificat, seu auget, & declarat præcedentem orationem, dixerat. n. ex Pomponij sententia q̄ seruitus nihil obstitit, quo minus Barbarius fuerit Prætor, subsequitur declarando, & exaggerando, seu amplificando, atqui ex. quasi dicat, imo uera prætura functus est, cum. n. dixisset nō obstituisse seruitutē quin Prætor fuerit, ueritus ne forte aliqui imaginarium Prætorem fuisse existimaret, subiunxit atqui, i. sed seu imo uera prætura eū functum esse, & est sensus seruitutē nihil obstituisse, quominus Prætor fuerit, imo uerus Prætor fuit, & uera prætura functus est, & sic, hic uerbi. exagerat, & declarat præcedentem orationem, et tollit dubitationem omnem, quid enim si quisq; cauillando fassus esset, non obstituisse quidam seruitutem, quominus Prætor fuerit, tamen per hoc non concludit q̄ fuerit Prætor, potuit. n. alio impedimento Prætor nō fuisse, uta propter ignorantiam populi, & sic propter defectum consensus populi, ad has dubitationes tollendas subiunxit Pomp: q̄ uera prætura functus est, cum autem in præcedenti de substantia præturae trahatur (ut ante a ostēsum fuit) idem dicendum est tractari in hoc uersec. & sic perinde est, ac si dixisset Barbario nō obstituisse seruitutē quomodo nus fuerit Prætor, imo certe fuit uerus Prætor, et hec est sententia Pomponij hic ab Vlpia. relata, q̄ deinde cōprobat idem Vlpia. paulo infr. in uerbi. Et uerum puto.

I N . L . B A R B . 34

22 Absit ergo, ut hunc uerseculum sequentem qui adiectus est ad exaggerandam, & amplificandam, ac declarandam præcedentem dispositionem, ita interpretemur, ut corrigat, aut emendet, uel imminuat dispositiōnem præcedentem, contra tex. in l. legata inutiliter & l. si ex toto in princ. ff. de leg. primo. Alex. in l. serui elecione §. ff. eo. tit. l. cum unum & ibi Alber. ff. de uin. tri. tic. oleoq; legat. l. legata ff. de adimen. legat. l. cum tali. §. fin. ff. de cond. & demonst. c. cum inter de except. c. sugestum, & ibi Imol. de appell. Tir aquel. in tract. de rea tract. fol. 481 nu 51. & fol. 663. nu. 7.

73 Non omitto etiam, q̄ uerbum functus etiam iuris esse. Itum præ se fert, seu in se continet, non autem merum factū (quicquid hic dicat la. col. vi. aliorum errorum sequuntur) probatur in l. cum Prætor §. pen. ibi recepitum est, ut ciuilibus non fungantur officijs ff. de iudic. & in l. iudex in fi. ibi officio functus est ff. de re iudic. et functio pro honore accipitur in c. fundamenta c^a fin. de electio & functio non est sine iuris effectu, de qua loquitur tex. in l. ij. ff. si cert. peta. & sic cessat illa difficultas, super quā summopere innituntur hic Docto. dum aiunt q̄ aliud est esse Prætorem, aliud fungi prætura, nam ego credo, q̄ quis possit esse Prætor sine functione, puta si ante adeptam possessionem magistratus moriatur, uel magistratu abdicetur, sed illud contendō, q̄ nemo dici potest functus uera prætura, seu uero magistratu, qui prætura uel magistratu caret. & uere nō est Prætor (dicat alij quicqd uelint) qui solū mibi uidetur captare uerba, & p̄tinacissimè cauillari, ut quo iure quaq; iniuria tueatur opiniones falsissimas, & à iure prorsus aberrantes.

C O M M E N T A R I A

74 Non omitto etiam puerilem admodum ridiculamq; esse hanc Doct. animaduersionem, quod etiam sentit hic Bar. ex senserunt omnes ex excitauerunt difficultatem, deinde insolutam relinquentes sicco pede transfuit in cōmunem sententiam, quasi sibi illud sufficiat, q; sint plures numero pro illa sententia, ex hac ratione sint omnino, etiam sine ratione superaturi, ridicula inquam est animaduersio h̄c à Doctoribus excogitata, dum dicit q; Barbarius de facto administravit, non de iure, ex hoc textu probant suam sententiam.

75 In primis n. dico, ex supradictis abunde ex fastis superq; patere responsonem ad hoc fundamentum, quod omnes argutissimum existimat mihi uidetur adeo puerile, ut non mereatur responsum, tamen quāro ab ipsis, an existimat Pomponium delirasse? aut nos ludificasse? profectō si h̄c uerba ad factū, ex ad merā exercitationē referenda sunt, nihil aliud hic facit Pomp., nisi q; super factō testimonium dicit, ex Iurisconsulto effectus est testis, profectō nemo ambigit, qui Barbarius fuerit designatus Pr̄etor, cum hoc in legis initio fuerit propositum, nemo item dubitat, quin Barbarius multa fecerit in magistratu ipso, multa decreuerit, multa interlocutus fuerit, hoc pro comperto omnes habent, ex pro constanti ponitur, sed queritur quo iure h̄c fecerit, ex an tanq; uerus Pr̄etor fecerit, ex an facta adulcerū, Itaq; Iurisconsultus respondet de iure, non autem super factō altercatur, hoc n. proprium est Iurisconsulti officium, ut de iure respondeat, non autem de facto, ut etiam sentit hoc loco Bart. col. pen. c^a med. uersi. Non obſt. tex. ex sententia Iac. butrig. ex probat Bal. in 2^a lect. col. iij. in

I N . L . B A R B .

35

